

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Epistola Gratvlatoria Natalis Octogesimi Octavi Ad
Serenissimvm Principem Ac Dominvm D. Augustum
Ducem Brunsvicensium Et Lüneburgensium**

Conring, Hermann

Helmestadii, 1666

[Text]

urn:nbn:de:bsz:31-102759



SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO

D. AUGUSTO
DUCI BRUNSVICENSUM ET
LUNEBURGENSUM

Domino suo clementissimo

OMNIGENAM FELICITATEM.

precatur
HERMANNUS CONRINGIUS.


Uod juxta cum alijs pijs ministris
facio indies, SERENISSIME
DUX AUGUSTE, DOMINE
CLEMENTISSIME, id ho-
die meritò nonnihil solemnius ago: quando-
A 2 quidem

4 EPISTOLA GRATULATORIA

quidem integri anni & præteritam fortunam
memoriâ recolere , & futuram precibus Deo
commendare , sacer hic jubet Natalis dies
Tuus. Et verò, ut alia nunc seponam, transiit
præcedens annus nobis eximia felicitate;
quandoquidem Te incolumem patriæ serva-
vit, etsi annum ætatis septimum post octoge-
simum interea exegeris. Quidni sanè nostræ
etiam felicitatis in parte bonâ vitam salutem-
que Principis numeremus pij ministri & sub-
diti? qui profecto haud ignoramus, quanti
sit, posse quasi sub alis benigni rectoris tutò
conquiescere. Id quod utique nobis anno
elapso contigit, passim licet alibi furor Mar-
tis sœvierit, ac varijs de caussis plena turbâ-
rum fuerint tantum non omnia. Enimvero
& illa viciniæ mala, & inusitatâ ratione us-
que adeo proœcta ætas Tua, DUX OPTI-
ME, non potuerunt non etiam nobis sub
ipsa effluxi anni exordia metum incutere. Vix
sane quisquam fuit ausus tam benigna quæ-
vis sibi polliceri. Etenim ipsamet Tua vale-
tudo, PRINCEPS, semel iterum & acriuscu-
le qui-

AD DVCEM AVGUSTVM.

lequidem tentari visa est, magno dolore no-
stro & majore metu: confessim tamen in me-
lius ita semper vertit, quasi redintegratio sa-
nitatis fuisset facta, imò ejus accessisset aug-
mentum. Hinc res cum publicæ tum priva-
tæ pari ut ante antehac studio, pari celeritate,
pari successu, noctu diuque, Te potissimum
dirigente, hoc etiam anno sunt expeditæ. Te
sene, & unico quidem, plurimos ministros æ-
tate & animi corporisque robore validos, juf-
fis prudentibus, & exemplo promptissimo, non
minus atq; antehac delassante. Tædij ex mo-
lestis & ingratis negotijs subinde orti, non
alia discussio, non alia animi recreatio fuit,
quam illa pristina; nempe curatio librariæ
rei. Hinc solatium, hinc voluptas, hinc re-
quies ipso labore capta est: cum perpetuo
pridem incomparabilis Augustæ Bibliothè-
cæ incremento. Quid, quod isthoc demum
ætatis Tuæ anno, haud dubitaveris ingens
prolixumque sacrum opus suscipere: nec
suscepis duntaxat, sed jam tum, urgente in-
defessa industria, haud parum promoveris?

A 3

Enim-

6 EPISTOLA GRATVLATORIA

Enimvero AUGUSTE PRINCEPS, multa tua hactenus admirationem mihi pepererunt, sed hoc institutum me rapuit in stuporem. Medico: qui sum probe omnium conscius, illorum etiam arcanorum, quæ hactenus in paucorum admodum notitiam circa hoc negotium venire voluisti. Liceat, PRINCEPS OPTIME, nunc etiam nonnihil attentius illos conatus tuos expendere: quandoquidem mustei sunt, ut ita loquar; neque me prætereat illorum magnitudo, & simul tamen sinistra (nefas!) multorum de re sibi ignota existimatio.

Jam scilicet longo tempore & desiderasti pariter & curare voluisti, AUGUSTE DUX, vernaculam novam Scripturæ sacræ versionem: quin ante hosce triginta annos, media inter arma & inter patriæ ærumnas, ejus aliquod specimen typis curavisti excudi. Hunc animum Tuum & in Paraphrasibus & in Harmonijs sacris, magno abs Temetipso conditis studio, haud obscure pridem quoque prodidisti. Sive autem defuerit cuius opera ute-
reris,

AD DVCEM AVGUSTVM.

reris, sive alia obstiterint, elapsò demum anno generosum illud propositum in rem transferri curavisti. Nec tamen, quod equidem sciam, qui isthuc impelleret fuit quisquam. Nonnulli potius dissuasere. A quibus & me initio haud fuisse alienum, non equidem diffitebor. Absit enim ut heic, vel mihi laudem falsò tribuam: vel æmuli & hostes mei jure criminentur, quasi Principali gratiæ genero conciliandæ, consilij sibi improbati ego auctor fuerim. Sensi autem comperique, diuturnâ meditatione hoc institutum Tibi jam expensum, atque omnia quæ tum objiciebantur, aut quæ iri objectum aliquando possint videri, dudum prævisa & animo Tuo sapientissime præcepta: ac proinde, spretis dissentientium voculis, in proposito isthuc sacro magis magisque constantem Te indies reddi, expertus sum. Memini equidem, quanta alacritate, quantoque ardore negotium hoc aggressus fueris: cum interprete & typografo, multis literis propriâ scriptis manu, & huc illuc per celeres missis, necessaria quæque

8 EPISTOLA GRATULATORIA

que componens. Nec unquam vox illa generosa excidet: hanc Tibi fore quasi cygneam cantionem, & isthac cantata cupere Te à Domino dimitti in pace. Quid dicam, quantum ipsem laboraveris, quantamq; adhibueris circumspetionem, ut sine strepitu, & extra vulgi imperiti conscientiam (gnarus videlicet, indoctis rumoribus quām soleant magna sapientia & præclara negotia turbari) omnia peragantur? Ex quo præterea operis factum est exordium, ipsem utique ἐγώ οἰωτεις. Te perpetuum exhibuisti: ipse plagulas quasque per dispositos equites, nunc ab interprete in usum typographicum petere, nunc excusas recensitum illi huc remittere, nunc & proprio illas studio emendare, nunquam haec tenus cessavisti. Imò per universam Germaniam, ab Helvetijs usque, simulac primæ quinque plagulæ essent excusæ (quasi ex ipsis unguiculis, ut ita loquar, possit jam leo existimari.) Ebreae linguae peritia celebrium quorumque sententias, super operis & specimine illo & toto instituto, per me fecisti explorari.

Utique

AD DVCEM AVGUSTVM.

Utque liquidò appareat, haud facile aliud
quidquam magis esse cordi, nullis quan-
tumvis gravissimis & arduis maximè negotiis
ab hac cura pateris Te dimoveri. Quæ omnia
sunt profecto sine exemplo. Nec enim ab
orbe condito quisquam Regentium præivit.
Unius Ptolomæi Philadelphi jussu legimus
Græce versum sacrum codicem. At verò
non nisi jussit ille & fecit sumptus. Consilium
à Demetrio erat Phaleræo profectum: hujus
fuit & curatio. Laus potissimo jure huic pro-
inde debetur, non Regi. Quod si Josepho
Hieronymo & Judæorum nonnullis credi-
mus, intra Pentateuchum stetit tum ille la-
bor. Fuerint vero tunc & versa reliqua: quæ
receptior est sententia, & non potest temere
cui improbari, saltim si Aristobuli sint, quæ
tanquam ad Philometorem scripta Clemens
Clem. l. 1.
Alexandrinus & Eusebius aliique recitarunt.
Strom.
Euseb l.
Levia sunt nihilominus Ptolomæus ipse quæ
præstítit, præ iis qualia ab ipso Te hoc sacro in
negotio vel haec tenus peracta sunt. Alibi
l. de Bibl.
Ostendi, quanto Tu intervallo in condenda
Aug.

B

Biblio-

10 *EPISTOLA GRATULATORIA*

Bibliotheca eundem Philadelphum superaveris. Quam facile mihi sit hic docere, quam hoc etiam in opere multum vinas! præser-tim si à rhetorum arte præsidium petam. Ne-mo, fateor, Regum Principumque Tibi pro-pinquior magnis conatibus Philadelpho: si liceat tamen apud Te sine adulationis nota id quod res est profiteri, Augustiora Tua sunt tan-tum non hac in re omnia. Nec enim nunc moramur septuaginta cellulas: quia solum illas

Hier. in mendacium exstruxit, ut recte dixit Hierony-
Pentat. mus. Nec movemur illo Propheticō septuagin-
Phil. l. 2. de vit. ta senum, loco à se se invicem remotorū, con-
Mos. fensu, quoniam & hoc omne fabulosum est.
Clem. l. 1. Strom. Ut nec quisquam temere nunc crediderit, in-
Iren. l. 3. Aug. l. 2. de D. Chr. tegrum Pentateuchum spacio septuaginta
Tertull. dierūm Græce loqui didicisse. Quantunvis
Apol. jam olim talia Alexandrinis fuerint Iudeis
jactata, & Aristæas, Philo, Josephus aliique
iis adhibuerint fidem. Satis ad laudem Tuam
sunt, AUGUSTE PRINCEPS, illa quæ jam
diximus. Satis quoque magna est celeritas,
quod cum circa Pentecosten cœpissent typographicæ

AD DYCEN APIEVSTVM.

graphicæ operæ, ab interprete uno nec alias otioso nullaque auxiliari manu, Pentateuchus integer jam pridem feliciter sit Tuis auspiciis perductus ad finem. **E**nim vero impius fuerit, qui hic non agnoscat ingens divini Numinis beneficium: malus aut socors, qui non admittetur, Principem reipublicæ negotiis immersum, & senem octoginta septem annorum, isthac qua dictum est ratione, rem tantam & suscepisse & hactenus persequutum esse.

Nectamen dissimulabo, posse cui videri haud de nihilo esse & inania, quibus illud pium institutum Tuūm, **O**PTIME PRINCEPS, alii clanculum hactenus, alii jam tum impetuosis, quantum intelligo, non verecundantur mordere & reprehendere. **P**rimum enim, saltim Testamenti Veteris (quod solum translatum iri ex nescio quo rume perceperunt) dare versionem, quæ omnibus sit numeris perfecta, impossibile esse contendunt. Eoque volunt, hosce etiam Tuos conatus, PRINCEPS, inanes esse. Suficere caussantur Secundo in Ecclesiæ usum

B 2

versio-

12 EPISTOLA GRATULATORIA

versionem, non perinde accuratam: creduntque adeo, inutilem abs Te operam præstari in versione exquisitiore curanda. Quæ tertio jam tum in Germanicarum Ecclesiarum est manibus, B. Lutheri versionem, ita exasciatam esse perhibent, ut meliorem frustra expectaveris. Quamvis, quarto, aliqua rectior queat condi, editamen illam haud posse sine Ecclesiarum nostrarum turbatione & damno: consulendum autem utique esse ante omnia Ecclesiæ tranquillitati. Ad hoc quinto, non sapienter satis tantum opus uni, illique non proiectæ multum ætatis viro, nec vacuo ab aliis occupationibus, esse commissum, non nulli murmurant. Sunt postremò qui tanto molimini Senectutem Tuam, PRINCEPS, imparem futuram aut verentur, aut certe obtendunt se vereri. Tibi enim quietem convenire; tantos autem conatus postulare ἐπιγοδίωντες viribus atque ætate imo & à curis molestiisque integrum.

Hæc pene illa sunt quæ clam palamve, in operis invidiam aut moram, ab iis, quorum

fenten-

fententias expendi & dignitas illorum & auctoritas exigit, jactitantur. Neque illa nihil plane esse, æquior aliquis & prudentior dixerit. Ipsummet me nonnulla eorum tenuisse aliquando suspensum, non inficias jero. Haud vero ignoras, AUGUSTE PRINCEPS, alios & alia criminari. Quandoquidem vero mufitatores illi animi impotentiam nimis liquido produnt, & cum ipsi fere homines nauitantumque fastu aut invidia turgidi, tum quæ muginantur reapse vanissima sint, ne ad animum quidem illorum murmura revocasti. Et vero *vanas populi voces audiendas non esse*, in ipsum Romani juris sacrum corpus sapienter translatum est: possuntque talia solo contemptu quam expeditissime dispelli.

Cæterum quod PRIMO statim loco pio solet Tuo instituto objici: Veteris Testamenti libros sic verti haud posse, uti ne quæ supersit imperfectio, ne quæ usquam de sensu ambiguitas, ne quæ de versione alicubi justa dubitatio, atq; adeo uti interpretatio omnibus sit numeris

14 EPISTOLA GRATULATORIA

meris absoluta, neque Tu unquam dubitasti;
SAPIENTISSIME PRINCEPS, neque ta-
 lem versionem exhibere instituis.

Neutiquam sane ignoras, eam esse vel i-
 psiusmet sacri Ebræi codicis aliquâ sui parte
 conditionem, ut & ipse laboret suis dubijs
 & sua quadam incertitudine. Et verò ab
 Esdra olim sacrorum voluminum exempla-
 ria fortassis in quammultis à prisco mutata
 sunt; quandoquidem tamen Prophetico spi-
 ritu facta illa omnis recensio fuit, citra
 controversiam illa sic noviter recensita vo-
 lumina plenæ integritatis tum quidem exti-
 terunt. Quantumvis autem nunquam non
 ea librorum manserit sanitas, ut potuerint eru-
 dire ad salutem, utque meruerint audire Scri-

2. Timot. ptura θεότυθος, utilesq; fuerint ad doctrinam,

3, 16.

*ad redargutionem, ad correctionem, ad discipli-
 nam in iustitia, ut perfectus esset homo Dei, sive
 doctor populi, atq; ad omne opus bonum per-
 fecte instruclus:*

imo verò ut ne Apostoli qui-

*Paul. 14. dem docuerint quidquam, extra ea qua Pro-
 pheta & Apostoli in tum superstitibus volumi-*

nibus

nibus prædixerant; atque adeo illos libros, quales tum adhuc fuere, scrutari illos præfractè incredulos Judæos ipsemet Servator jufserit, non improbans, *quod illi viderentur* Joan.5.38 *sibi in ipsis vitam aeternam habere*: nihilominus tamen, & longi ævi vitio, & librariorum culpa factum est, ut aliqua ex parte, & jam olim inter se dissenserint, & nunc etiam dissonent exemplaria; & usque adeo quidem, ut ubivis id quod est genuinum à corrupto discernere, sit amplius ἀδύνατον. Enimvero quod illa hodie omnium antiquissima Græca versio abeat nonnihil ab iis qui hodie sunt in manibus Ebræis codicibus, id factum esse non culpâ interpretum sed exemplorum quibus illi sunt usi diversitate, doctiores quique ac modestiores jam monuerunt. Præterquam nimirum quod vocales literæ ab iis aliæ sint adhibitæ atque nunc solet, etiam consonantium ex affinitate fuisse aliquam varietatem, imo & nonnulla alio paulum ordine tunc locata, deprehensum est ab eruditis. Qui proinde non oscitantæ, non imperitiæ Seniores

illos

16 EPISTOLA GRATULATORIA

illos temerè accusant, sed omni meliore obtentu illos eunt excusatum. Fuerit verò igitur jam Philadelphiævo aliqua à nostris codicibus discrepantia, ducentis circiter post Esdram annis. Discrepantia ajo jam tum fuerit. Non enim ullius sunt roboris quibus docti

*Z. Capell.
in Crit.
sacrae.
I. Voss.
lib. de
Transl.
Cr.*

quidam nuper conati sunt ἀργότερον grande illud persuadere: quasi illa ætate omnes codices Ebræi ab iis qui hodie sunt dissonaverint, quæve nunc est in iis diversitas longè post demum sit nata, & quidem à falsariâ manu

*Usser. li-
bro de
Greca
versione.*

Judæorum. Perinde atq; Usserii etiam opinio, quod illa quæ hodie supereft versio Græca planè sit alia ab ista vetere Septuagintavirali, itidem omni caret verisimilitudine. Ut omnino videatur, extra dubitationem esse id

*Aug. l. 2. baverit: etiam si aliquid aliter in Hebreis exem-
de d. Et. Chr. cap.
15.* plaribus invenitur quam isti, (Septuaginta scilicet interpretes) posuerint, cedendum esse di-
vina dispensationi quæ per eos facta est. Fieri
enim

enim posse, ut sic illi interpretati sint, quemadmodum congruere gentibus ille, qui eos regebat, & qui os unum omnibus fecerat, Spiritus sanctus judicavit. Prophetico enim spiritu factam illam Græcam versionem, non nisi fabulosis Aristæ & Alexandrinorum commentis orbi olim fuit proditum. At si illo jam ævo variantes fuerunt lectiones codicium, quis has vel illas genuinas tutò dixerit? Nec enim quibus solos Ebræos codices Vide Hist. Schol. & aliorum contra L. Vofsum libellos & huius reponsa. illos τοις εβδομάνται hodie audent nonnulli assertere: nec quibus plerique alij pugnant pro codicibus nostris: argumenta sunt certam alterutri parti fidem facere apta. In utramque sane partem videre est abeuntem priscam Ecclesiam Christianam. Jam enim utique à multis seculis nostra exemplaria Ebræa non à Judæis duntaxat sed à Christianis etiam ~~et~~ ^{ad} servata sunt habita. Non sane Origenes, Lucianus Martyr, Hesychius, Hieronymus ad Judaicos suos codices, tanquam ad sanctam normam, versionem ipsam Septuagintavirilem & exigere & emendare dubitaverunt:

C

verunt:

verunt: illos autem sic emendatos & Orientales & Occidentales Ecclesiæ omnes quasi unanimi consentiū sacrum in usum denique receperunt: neutquam id facturæ, nisi & Judaicorum codicum *av. & sv. l. a.* approbassent. Nec qui aliud docuerit, ad patrum usque memoriam, in Orientali pariter & Latina Ecclesiâ, reperrus est doctorum quisquam. Ex adverso autem ante Origenis ætatem, de exemplarium quibus Septuaginta fuere usi sacro-sanctâ integritate, fortassis Christianorum nemo dubitavit. Ipsorum beatorum martyrum nonnulli haud dubitaverunt Judæos falsatorum codicum graviter accusare: quasi omnis, quæ jam tūm fuit, Ebræorum codicum ab illis antiquis Septemviralibus diversitas à corruptelis Judæorum unicè sit profecta.

Buxtorf.
in Tiber.
Schick.
in Bech.
Hotting.
in Thes.

Porro & ipsi nostri qui superant Judæorum Ebræi codices, jam perquam diu habuerunt, octingentorum minimum & quadraginta octo vocabulorum, suum Keri & Ketif Judæis appellatum. Ac tametsi vulgo solum
Keri

Keri ex Judæorum sententia probari soleat: non licet tamen illi placito tutò fidere. Eoque Lensd.
eruditorum Christianorum, quidam haud diff. 24.
dubitant semper Ketif observare: alii inter-
dum hoc interdum illud prævalere existi-
mantes, in suis translationibus non semper
eadem via solent ambulare. Sunt autem &
aliæ complures lectiones variæ codicum no-
strorum Ebræorum. Primum istæ ex duo-
rum Criticorum Ebræorum Ben Ascher &
Ben Naphthali diversis sententiis. Quorum
illum etsi vulgo Europææ & Africanæ regio-
nes fere sequantur: fortassis tamen nec id o-
mnino est securum, Ben Naphthali se & anti-
bus Babyloniis & per Orientem aliis dispersis
Judæis. Differunt autem inter se in nonnul-
lis & ipsa nostra exemplaria Europæa. Qua-
les variæ notari sparsim hactenus solent, ab ac-
curatissimis quibusque codicum, cum primis
corum qui vetustate sua præ aliis veneratio-
nem merentur (cujusmodi in hac nostrâ Ger-
mania est Badensis, κτημα olim Reuchlini. &
illi forte haud secundus ille nostræ Biblio-
Schick, in
Bechin.

Hottin. thecæ Juliae) scrutatoribus: nunc & in unum
Bibliothe- incipiunt colligi. Sunt autem & illæ varia-
carti pag. non minoris fortassis atque aliæ incertitudi-
158. nis. Et verò fatemur, non ita undique jam

tum olim fuisse à Masoretis (quanquam inu-
 sitata fuerit illorum industria) obseptam fa-
 crorum exemplarium integritatem, ut men-
 dosi omnino nihil longi jam ævi vitio po-
 tuerit irreperere. Præterquam enim quod se-
 rior isthæc omnis fuerit curatio; notum est,
 quantum à Buxtorfio demum Masoræ ac-
 cesserit, & nec illum diffiteri ausum complu-
 ra adhuc superesse sibi prætervisa: idque
 ipsum doctissimos quoque alios illius litera-
 turæ aperte affirmare.

Nihil hujus Te fugit PRINCEPS Doctissi-
 mes; quapropter duxi equidem haud abs re fo-
 re, si nihil corum à me quoq; hic dissimuletur,
 utut prolixior justo fuisse queam videri. A-
 gnoscis scilicet, AUGUSTE Dux, codices no-
 stros Ebraeos aliqua sui parte, qua scilicet varia
 laborant lectione, habere aliquid minus cer-
 ti. Quamvis totus improbes illos, qui levium
 & pau-

& paucorum mendorum obtentu, simpliciter atque in universum, nullo facto discrimine, vim authenticam omnem Ebraicis nostris codicibus subtrahunt; imo eam (quod est indignissimum) versionibus, ex ipsis codicibus illis quos incertitudinis notant expressis, sive Latinis sive Græcis, audent transcribere. In quantum verò incertus est originalis qui appellatur textus ipse, quidni agnoveris versionem quoque hactenus certam dari non posse? Utique enim id quod reapse incertum est versione certum reddi nequit: nec potest versio ejus quod vertitur fidem auctoritatemque excedere.

Adhoc vero non etiam ignoras, PRINCEPS OPTIME, **cam esse tantum non omnium linguarum conditionem, ut interpres aliquis, quamvis maxime industrius & dexter, ita omnia nequeat exprimere, ne quid supersit quod jure desideretur.** Ebraicæ linguæ cum primis **cam vim esse profitentur omnes eruditi: quoniam multiplex est vocum plerarumq; significatio, quæ quidem omnes sæpe-**

22 EPISTOLA GRATULATORIA

numero suam habent peculiarem ἔμφασιν,
quam tamen alia lingua pari opulentia haud
referat. Etiam hac igitur de causa impediri,
quo minus versio aliqua prodeat, quæ textui
ipso originali æquiparari mereatur, jam pri-
dem novisti.

Non etiam postremò Te DUX AUGU-
STE fugit, quarumdam Ebræarum vocum
ipsos veros significatus plane incertos esse.
Et vero cum significationes illæ non aliunde
fortassis tutò & sincere quam ex Judæorum
traditione queant accipi, ipsis inter se non
nunquam dissentientibus Judæis qui possit
certa accipi significatio? Etenim ex radice
cum quæ appellantur usu, derivatorum inde
vocabulorum sensus verisimiliter quidem
non nihil potest, certo tamen accipi semper
non potest. Quidni enim in Ebræa lingua
contigerit, quod in aliis omnibus solet, ut à
primæva origine vocum acceptio longo aevō
multum deflexerit, imò tota perierit? Sed &
multarum vocum radices in Ebræis codici-
bus antiquis non amplius supersunt, & inter
Arabes

Arabes autem Æthiopes duntaxat hodie ab eruditis inveniuntur. Quicquid sit, ea quoque parte non posse ab interprete non interdum aberrari, quamvis optimo, non profecto Te etiam hactenus præteriit PRINCEPS. Falluntur vero graviter, qui sibi solis illa versionum incommoda in mentem nunc venisse censem. Quasi horum quidquam Te fugerit, & non jam pridem animo sit præceptum.

Etsi vero hæc ita sese habeant, quæm ini-
que tamen sinistri censores Tui, PRINCEPS
OPTIME, murmurant quasi rem impossibi-
lem moliaris? Molireris sane, si exspectare
juberes versionem ipso Ebræo textu melio-
rem, vel omnium Ebræarum vocum certā &
locupletem undiq; tralationem. Nihil vero
hujus Tibi propositum est. Nec enim aliud in-
stituis, quæ dare in usum Ecclesiæ vernaculā
interpretationem quæ sit solito accuratio:
inquantum nihilominus conditio permittit
& codicum & utriusque linguæ, & quatenus
patiuntur nostræ vires. Exprimi igitur qui-
dem curas exemplaria nostra Ebræa, qualia
olim

24 EPISTOLA GRATULATORIA

olim Rabbi Ben Ascher recensuit, quæve ha-
bentur hodie à doctissimis quibusque emen-
datissima. Nec tamen hoc ipso variantibus
lectionibus aliis præjudicatum cupis, multo
minus eas atro carbone vis expunctas. In va-
riis tamen illis lectionibus id fecisti observa-
ri, quod plerorumq; consensu visum est ha-
cenus rectissimum. Qua ratione inter varias
interpretationes procedendum esse, pruden-

Aug. de D.C. c. 12. ter olim censuit S. Augustinus: imo quemad-
modum sancta olim omnis Ecclesia versata
Ideas c. 8. est in dubiæ nonnihil fidei Canonice S. Scri-
pturæ libris dijudicandis Utque in hisce in-
certis labatur interdum Tua hæc versio, quo-
niam tamen exiguus est variarum istarum
numerus, satis consultum Ecclesiæ existimas,
si in reliquis, quæ utique sunt potissima & lon-
go intervallo pauca ista ob variam lectio-
nem dubia superant, interpres fuerit probœ
suo functus officio. Incertam porrò qua-
rundam vocum acceptiōnem tantum abest
dissimulatam Te velle, aut certa pro incertis
venditata, ut Tua hæc versio plerumque am-
bigua

bigua illa disertè annotaverit. Raræ autem sunt & illæ voces: eoque nec illa raritas obstat, quo minus spei compos in reliquo amplissimi codicis sacri corpore feliciter quis evadat. Intra hosce limites decurrit hactenus omnium interpretum labor. Intra eos A U C U S T E Dux, Tuum etiam omne stat propositum. Majora & meliora ne in votis quidem fuerunt. Satis & Tibi & Ecclesiæ fuerit factum, si hactenus versionis Tuæ processerit perfectio.

Igitur primi quidem illi susurri vani sunt & non nisi bombi inanes. Sunt autem & illi SECUNDI ordinis nihilo majoris ponderis. Etenim & in illis aliquid est non de nihilo: quæ autem inde collectio instituitur nimis excedit vim præmissarum, ut Logici loquuntur. Inutilem scilicet esse omnem, qui Novæ versioni impeditur laborem, caussantur nonnulli: idque quandoquidem Ecclesiæ sufficiat versio quævis mediocriter fidelis, talis autem vernacula jam tum omnium sit in manibus.

Et vero talem aliquam versionem satis esse in Ecclesiæ usum, videtur ostendere pri-

II.

D mum

26 EPISTOLA GRATULATORIA

mum quidem ipsiusmet Salvatoris nostri & Apostolorum , deinde autem omnis per universum terrarum orbem secutæ Ecclesiæ perpetua consensio. In Sacris sane Novi fœderis voluminib⁹, circa illa quæ ex Mose & Prophetis adducuntur, plerumq; versionem Græcā ab Ebræis nostris codicib⁹ quamvis dissonantem videre est observatam , & quidem ita, ut in iis non attento illo dissensu vis interdū ponatur argumentationis : rarius cum Ebræis exemplaribus convenientiunt Apostoli ac loquuntur. Nec tamen versionem illā ipsis nostris Ebræis codicibus meliorem judicatam hoc ipso esse, e quidem dixerim, aut compluribus seculis dixit quisquam Christianorum. Apostolorum vero ut doctrinam omnem ita & hoc exemplum secuta est ipsa statim aurea Ecclesiæ tempestas. Ubiunque etenim Græcæ fuit linguae usus, non ex aliis voluminibus quam solis Septuagintaviralibus sacra omnis institutio accepta est ad usque Origenis ævum : quantum quidem vetus historia nos docet. Alibi in Occidente Latinæ quidem versiones obtinuere,

sed

sed quæ itidem ex Græcis illis fuerunt translatæ. Quin & illas, quæ nunc superant, versiones Arabicas, Æthiopicas, Syriacas, Persicas, cum Græcis illis potius quam cum Ebræis exemplaribus convenire, ultrò profitentur eruditæ. Quo profecto fit manifestum, versionibus minus accuratis, non certe exactis ad Ebræam normam, & Christianum initio factum esse omnem terrarum orbem, & indubie simul æternæ salutis participem. Quid, quod ipsa illa tempestate Græca isthæc versio infinitas passa sit corruptelas, ita ut nusquam deniq; priscam retinuerit integritatem, & sine salutis noxa nihilominus à fidelibus & sanctis, omni deposito deceptionis metu, usurpari haud desierit? Primus Origenes ex Ebræis codicibus ausus fuit illam nonnihil emendare: sed editio isthæc seculo denum quarto in Ecclesiæ aliquem usum publicum videtur recepta. Origenem imitatus eodem in studio Maximiano imperante est Lucianus Hier. præfat. Para-
lipom. Suid. in-
agniatio. Martyr: si sane soli Suidæ id tutò credimus; nec enim quisquam alias dixit, factam illam

D 2

cor-

28 EPISTOLA GRATULATORIA

correctionem ēn της ἑβεγιδογραμμής. Emen-
davit eandem & Hesychius: modum tamen
emendandi nemo docuit. Jam autem Hiero-

Hieron.
pref. in
Paralip.

nymi ævo, Alexandria & Ægyptus in Septua-
ginta suis Hesychium laudabat auctorem: Con-
stantinopolis usq; Antiochiam Luciani Marty-
ris exemplaria probabat: media inter has provin-
ciae Palæstinos codices legebant, quos ab Origene
elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgaverant:
totusq; orbis hac inter se varietate compugnabat.
Plurimis verò locis editiones illas variasse,
certum est. Imo & nunc deprehendere id
quadamtenus licuerit, facta duntaxat colla-
tione codicum Septuaginta quos hodie Europa
jam publicavit. Et vero quem Anglia nuper de-
dit ex Ægypto acceptum & Niceni concilii
ævo exaratum, per est verosimile ex Hesy-
chiana superesse emendatione. Qui ex Vatica-
na Bibliotheca depromptus est, jure fortean di-
xeris Lucianeæ esse ēνδοτεως. In Complutensi-
bus autem Aldinis & Germanicis nostris exem-
plaribus haud obscure cernere licet Orige-
nianæ manus vestigia, et si per quam sint men-
dosa,

dosa, jamdudum & asteriscis & obelis perditis. At verò non potuit verum esse quod dissonavit, ut alibi recte loquitur S. Hieronymus. Fuit vero olim Latinarum versionum longe adhuc major infelicitas. Omnes enim quoniam ex solis dissonantibus illis, imo per quam mendosis, Græcis codicibus translatæ sunt, donec unus S. Hieronymus fine denum quarti Christiani seculi novam ex Ebræo cœpit condere. Non potuere non lutoſa esse quæ ex adeo turbidis fontibus profluxere. Adhoc autem etiamnum Hieronymi ævo, apud Latinos tot fuere exemplaria quot codices: Et unusquisq; pro arbitrio suo vel addiderat vel subtracterat, quod ei visum erat, ut loquitur idem S. Hieronymus. Eodem tempore, imo post paulò dixit Augustinus: Qui Scripturas ex Hebrew lingua in Græcam verterunt linguam numerari possunt, Latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuiq; primis Fidei temporibus manus venit codex Gracus, Et aliquantulum facultatem sibi met utriusque lingue habere videbatur, ausus est interpretari. Paulo ante dixerat,

D 3

Latino-

Aug. I. 2.
de doctr.
Christ.
cap. II.
Hieron.
ibid.
Emen-
tamen
Hiero-
Sepua-
ens: Con-
i Mary-
has prie-
ab Origine
digerent:
appugnat:
varia, le-
endere id:
xat colla-
die Europa
anuper de-
ni concili
ex Hely-
ex Vincen-
fonte di-
plomati-
ziam-
Onge-
l men-
dols,

30 EPISTOLA GRATULATORIA

Latinorum interpretum infinitam esse varia-
tem. Perierunt, fateor, dudum Latinæ o-
 mnes, excepta fortassis una, quam Italicam o-
 lim Augustinus, Hieronymus ipse Vulga-
 tam appellavit. Hæc enim videtur esse
 quæ etiamnum Vulgata dicitur. Quod enim
 & Hieronymi acceperit nomen, factum for-
 te est quia hunc habuit emendatorem. Ut sit
 vulgata Hieronymi, non interpretis sed e-
 mendatoris. Versionem utique quatuor
Hieron.
pref. in
Evangel.
ad Dñm
mas. Evangelistarum jussu Damasi Papæ ad Græcos
 codices correctam esse ab Hieronymo, cer-
 tum est. Quicquid hujus sit, Græcis citra
 controversiam affinior est Vulgata Latina no-
 stra quam codicibus Ebræis: & quamvis una
 hæc in usu mansit Ecclesiæ per Occidentem
 & Septentrionem ad Lutherum usque ta-
 men defuisse populo necessaria S. Scri-
 pturæ ad salutem adminicula, nemo quis-
 quam temere dixerit. At nec à Græcis Ec-
 clesiis, post Nicænum concilium ad hæc usque
 tempora, unquam vel Ebræus codex vel ver-
 sio aliqua ad illius fidem rigide exacta, sa-
 crum

crum in usum fuit adhibita: nec tamen illæ propterea vel Christianæ vel Deo acceptæ es- se desierunt. Par judicium autem est erudi- torum de translationibus per Asiani & Afri- cam receptis: quod soli Walthonus & Hot- tingerus, accuratissimi talium censores, quemlibet docuerint: absit tamen, ut Eccle- siis Asiaticis & Africanis salutiferam doctri- nam defuisse existimetur. Quid? quod in B. Lu- theri nostri versione, quæ nobis prima omni- um ex Ebræo profluxit, multa semper doctissi- mi quiq; desideraverint? & tamen genuinum Dei verbum in Ecclesiis nostris sonavit hacte- nus ad salutem credentium. Uno verbo, semper & ubique usâ est Ecclesia Christi mi- nus perfectis versionibus, & tamen abunde fuit à salutari doctrina instructa. Ac proin- de nequit negari, ad salutem fidelium non esse necessarium, ut aliqua omnibus numeris perfecta translatio sit in vulgari usu.

Cæterum neque Tu, PRINCEPS SAPI- ENTISSIME, jam pridem hujus quidquam ignoras. Nihil hujus non aperte, quando- cunque

cunque data fuit occasio, jam es professus. Quin hanc fuisse perpetuam Ecclesiæ conditionem, ipsis illis Germaniæ nostræ eruditis, quorum censuris plagulas primas operis subjecisti, per me ultrò testatus es. Quid, quod illi reprehensores Tui, PRINCEPS, recte quidem ab effectu atque à posteriore, ut loquuntur Logici, demonstraverint, sufficere in Ecclesiæ usum quamvis non omnino accuratam translationem, eorum tamen haud paucis lateat fortassis ejus rei caussa; abs Te autem possint isti addiscere?

Et verò duo cumprimis attendi heic merentur. *Primum* est: quandoquidem sacra Scriptura in id præcipue divinitus data nobis est mortalibus, ut nos instruat in Fide ac Mordinibus ad vitā æternam, si hactenus salvus sit codex qui in usu est, sive authenticus sive versus fuerit, satis est cautum, satis consultum, satis prospectum fidelium Ecclesiis; in iis sane quæ verè sunt necessaria. Ad hoc autem sufficit utique, sicut codex authenticus non undequaque integer, ita & mediocris translation.

latio. In simplicitate, scilicet, Fides est, in Fide ^{Hilar. I.}
justitia est. Nec Deus nos ad beatam vitam per <sup>10. de Tris
nit.</sup>
difficiles quæstiones vocat. In expedito ac facili
nobis est aeternitas. Quæ hujus sunt generis
in Scripturis idemtidem repetita sunt: ut si
alibi ab interprete fuerit aberratum, alibi ta-
men abunde instruamur. Ac proinde velut
ab Augustino rectissime dictum est: *in iis quæ Aug. I. 2.
aperte in Scriptura posita sunt inveniuntur illa de D. C.
omnia, qua continent Fidem Moresque viven- cap. 8.*
di: sic tuto pronunciare licet: *in iis quæ recte
versa sunt Ecclesia qualibet habet omnia ad Fi-
dem & mores necessaria.* Perinde equi-
dem ac originariorum codicum varietas ni-
hil obstat, quo minus qua parte conveniunt
certissimam illi doctrinæ normam præbe-
ant, ita nec παρεγγίωται interpretum hacte-
nus quidem multum nocent. Ne nunc
dicamus, haud defuisse jam olim in sanctis- ^{Chrysost.}
fimo Patrum ordine, quibus & nostra ætate ^{proœm. in}
docti piique nonnulli assenserunt, qui leviora ^{Matth.}
nonnulla μνημονικὰ ἀπαρδήματα in narrandis ^{Erasm. e-}
iis quæ evenerat à sacris ipsis scriptoribus haud ^{pistol. ad}
fuisse ^{Eckium.} ^{Grot. I. 3.} ^{de V.R. 6.}

E

fuisse ^{g. 11.}

fuisse aliena existimant, salva doctrinæ factosancta auctoritate. Quanto minus verò nocuerint salutiferæ doctrinæ translationum aberrationes? Hæreticorum corruptelæ plus longe quidem nocent: attamen etiam illæ raræ sunt, & si quæ hodie superant, ex aliis rectè dictis facile corrigitur. Ut enim omnia hæresis falset, omnemque adeo eripiat veritatis lucem, fortassis adūxerit est: hactenus certè non contigit.

Hanc potissimum esse caussam ejus, quare citra dispendium salutaris doctrinæ, & codices originarij possint laborare aliqua sui parte, & versiones omnibus numeris absolutæ haud sint omnino necessariæ, fortassis tricatores ipsos Tuos fugit hactenus. Te vero, SAPIENTISSIME PRINCEPS, neutriquam præteriisse, palam professus jam es illis Tuo jussu abs me exaratis literis. Non obscure autem simul jam innuisti, à propagatore Fidei, citra veritatis jacturam, posse etiam nonnunquam, imò debere, ex minus probè verso Scripturaræ dicto argumentum peti

AD DVCEM AVGVSTVM.

peti veræ sententiæ. Idque adeo esse caußam Alteram, quæ meritò excuset versionum vi-
tia, & Ecclesiam aliquatenus saltim præstet
indemnem. Enimvero in universum satis
est ad salutem, si rectam sententiam teneas,
etsi minus idoneis illam teneas argumentis.
Quod ipsum in omni etiam reliqua civili vi-
ta prudentissimi quiq; Philosophorum agno-
verunt, contenti opinione bona si desit sci-
entia. Eapropter sane omnium quoque sa-
pientum consensu fas est, interdum ad
persuadendum id quod rectum & verum est
uti minus firmis rationibus, modò illæ ἐνδοξα
fuerint vel ad persuadendum aptæ, quales
sunt quas ad hominem vulgò appellamus.
Quin imo non id fas duntaxat est, sed etiam
necessarium, si indeoles dissentium non sit
capax τῷ διποδεῖξεων. Non Fidei igitur mo-
rumque cœlesti doctrinæ derogatur, etsi illa
probetur interdum ex minus rectè versis Scri-
pturæ testimoniis. Quamvis enim illa reapse
haud tum probetur, homini tamen persua-
detur qui docendus erat, cuique adeo satis

E 2

erat

erat si didicerit quid sit probatum, quomo-
do autem probatum sit haud intererat scire.
Neque proinde decipitur reapse is qui ita tra-
hitur in sententiam rectam, sed instituitur,
habita ratione vel ingenii vel opinionum
quibus est imbutus. Quemadmodum sane
in aliis humanæ vitæ negotiis non sine culpa
duntaxat hoc egeris, sed nonnunquam ne-
cessitate etiam quasi id postulante: ita in sa-
cristis quoq; haud infrequenter idem venit usu.
Hinc utique hanc docendi rationem ipsi
quondam sanctissimi Ecclesiæ Patres exem-
pto suo approbaverunt: imo præiverunt hanc
viam ipsimet Apostoli. Hi profecto, ut alia
quam multa nunc silentio prætercam, non
dubitaverunt in argumentum veri interdum
ex ipfis metuere apocryphis aliquid mutua-
ri: non ignorantes sublestam illorum fidem,
tantum ideo tamen, quod apocryphorum
istorum apud illos quibus cum sibi res erat va-
leret aliqua auctoritas. Quin eadem de caussâ
usos illos saepius in probationem verosimile
est Versione Graeca, etiam qua parte discordat

ab E.

ab Ebræo. Quibus sane certo id argumento
 est, quod Apostoli isthoc usu versionis illius
L. Capell.
in Critica
rebus & evan& & præ Ebræo ipso excellentiam
sacra &
I. Vossius
I. de Træsl.
Græca.
 significaverint (quod hodie nonnulli mor-
 dicus profitentur) illi haud videntur mihi
 attendere, quām iisdem Apostolis non sit in-
 frequens argumenta ad hominem adhibere,
 & interdum sacris testimoniis uti à Græca ist-
 hac translatione multum dissidentibus. Ea-
 propter non equidem ego cum Hieronymo
 securè dixerim: *Apostolorum ubi præcedit au-* *Hier. in*
etoritas, maxime Petri & Jacobi, quos columnas *cap. 9. v.*
Ecclesiæ vas dilectionis vocat, ibi omnis varia *II. Amos.*
explanationis tollenda suspicio est, & quod à tan-
tis viris exponitur hoc sequendum. Aut ut ali-
 bi loquitur: *Sit illa vera interpretatio quam* *Idem præ-*
Apostoli probaverunt. Non inquam securè *fat. in E-*
idem dixerim. Sed & quis miretur, ausum *vangel. ad*
itam loqui Hieronymum, quum jugularet pe-
ne hoc ipso suam caussam, quam pro Ebræis
codicibus contra nimiam Versionis Græcæ
auctoritatem instituebat. Usi autem sunt
 & Servator ipse, & Apostoli, & Evangelistæ

58 EPISTOLA GRATULATORIA

testimoniis sacris juxta Græca frequentius quam Ebræa exemplaria: quandoquidem illa una fere versio terebatur tunc plætorumque manibus, legebatur ipsis in Synagogis cum alibi passim tum & in ipsa Palæstina, pænè denique æquabatur vulgò ipsis qui tum erant Ebræis codicibus. Adhoc Christo ipsi & Apostolis, ut populo Judaico omni, familiarissimus videtur fuisse in quotidiano usu sermo Græcus, rarer Ebræus. Quæ latius ostendere non difficile fuerit, nisi Epistolæ hujus institutum prohiberet. Quicquid vero hujus sit, id certissimum est: in Novi Testamenti libris argumenta doctrinæ idemtidem peti ex Mose & Prophetis juxta Septuaginta Versionem, tum etiam quando illa non consonat Ebræis exemplaribus, peti item ex apocryphis & receptis tum opinionibus: adeoque sufficere interdum in seria quoque doctrina ad hominem quæ dicuntur argumenta, ac proinde citra culpam ex minus rectè sese habentibus translationibus accipi probations posse, modò de fide illarum nullum inter controver-

troversantes supersit dubium. Ad illud vero exemplum in Patrum scriptis licet vim magnam probationum catholicarum adversum hæreticos deprehendere: nullius ponderis, nisi & hæretici in Versionis Græcæ auctoritatem securè consensissent.

Quæ tamen omnia absit ita quis interpretetur, quasi nullis sit opus ad probanda Fidei morumque dogmata certis indubitatisque Scripturæ aliisque testimoniis. Fassus siquidem fui jam tum, reapse non nisi opinionem parari ambiguis illis sacris dictis, si de fide quam acquisitam Theologorum scholæ vocant sermo fuerit, utut Spiritus sancti auxilio gratioſo fiat illa ~~āuerſatōtō~~ & cuivis demonstrationi prævaleat. Nunquam verò non & sacrarum demonstrationum, probandæ salutiferæ doctrinæ, suppetit copia: & solis hisce utendum est, quando res exigit. Ita sane Apostolis quidem abunde auctoritatis à miraculis erat & charismatibus: ut eti ex V. Testamento nihil promerent tutò tamen quilibet posset,

imò

imò quilibet jure deberet, in ipsorum doctrina acquiescere. Et in ipsis Versionibus, perquam alioqui turbidis, satis multa semper reperta fuere limpida & defæcata, unde ab Ecclesiis recta fides & potuerit & debuerit accipi. In decretoriis igitur pugnis, si cum eruditis res fuerit, tum verò neutquam est quid adferendum nisi ex fontibus purissi-

*Hier. præ-
fat. ad
Proverb.
Riff. ex-
pos. sym-
boli.* mis haustum. Perinde ac recte olim ex solis Canonicis scripturis auctoritas sacrorum dogmatum potuit confirmari, et si & apocrypha nonnulla ad ædificationem plebis in Ecclesiis legerentur.

Sed quorundam pro labor? Hoc unum vovi, PRINCEPS OPTIME: minimè omnium Te ignorare, quod mediocris versio ad id sit sufficiens, ut Fideles Christiani ad vitam æternam ducantur. Imo verò & caussas hujus rei haud Te fugere: adeo ut, quia fortasse Tuis Zoilis perinde haud satis perspectæ hactenus illæ fuerint, imposterum abs Te hi instituti queant solito magis sapere. Ut autem in viam unde plusculum digressus ego cui videar,

AD DVCEM AVGUSTVM.

videar, quasi redeam : quantumvis omnia
hæc ita sese habeant non tamen colligendum
hinc fuit , inutilem futuram versionem
Tuam, PRINCEPS OPTIME, neque
accusari debuit pium hoc institutum Tuum
alicujus *ω&ειργίας*: ceu jam tum dixi. Sapien-
tissime profecto dudum comperta Tibi est col-
lectionis illius cum vanitas, tum illi admista
maligna obtreftatio.

Et vero primum non quæ haud sunt *ἀπλῶς*
necessaria sunt simul & inutilia. Multum
videlicet differt utile à necessario : quando-
quidem sæpe alia ad esse rei faciunt alia ad
benè esse. Est verò & utilium sua quædam di-
versitas, perinde atque *τὸ εὖ ἔνακτον* suam habet
latitudinem. Ad absolutam scilicet rei per-
fectionem etiam elegantia & ornatu quodam
opus est. Quod non in iis duntaxat quibus
civili in vita utimur homines suum habet lo-
cum, sed etiam in operibus naturæ: nam &
hæc pulcritudinem aliquam affectat subinde
in ultimum complementum. Quamvis igitur
ἀπλῶς ad Fidelium salutem non fuerit o-

F

pus

42 EPISTOLA GRATULATORIA

pus versione aliqua accuratiore, nihil vetat tam
en quò minus illa sit utilis Fidelibus quibusq;
ad aliquam felicitatis partem. Melius utiq; fue-
rit carere etiam nævis, et si illi non detrahant
omnem formæ venustatem. Cumq; citra con-
troversiam omni in re, etiam minimâ, veritas
sestanda & error sit abigendus, quantò magis
id agendum fuerit in iis quæ Deus ipse huma-
no generi concessit? quales utique sunt Sa-
cræ literæ. Si sane templa & quicquid est
sacrorum instrumentorum pulcritudinem
aliquam jure merito exigunt, postulat pro-
fecto & Sacræ Scripturæ majestas, ut quantum
fieri potest versiones quoque ejus omnes ab
erroribus interpretum liberentur, etiam in
iis quæ cæteroquin minoris queant ponde-
ris censeri. Hactenus sane nemo fidelium
non optare sibi debet versionem quam ac-
curatissimam, licet etiam citra eam possit æ-
ternæ salutis fieri compos. Omnis error ab
imperfectione aliqua est: omnibus autem
enitendum est ad gradum summum. Et so-
let hoc fieri quavis in re alia ab omnibus qui
sapient.

Igitur

AD DVCEM AVGVSTVM.

43

Igitur dum studes, AUGUSTE PRIN-
CEPS, vernacula dare versionem Eccle-
siis nostris quæ sit quam accuratissima, etsi
agnoscas, eam quæ recepta in vulgus est ad fi-
dei & morum doctrinam sufficere, recte ta-
men existimas, omnibus promiscuè hoc ipso
posse Te prodesse, saltim ad omnium majo-
rem in sacris profectum, & quasi sanctæ sci-
entiæ absolutam pulcritudinem. Revera
autem est propositum Tibi, SAPIENTIS.
SIME DUX, etiam longe majus aliquod Ec-
clesiarum nostrarum commodum. Quod
quidem non primò statim ad omnes pertinet,
in omnes tamen suo quodam modo redun-
dat. Quemadmodum nimirum in republi-
ca quavis civili alii obtemperant ac reguntur,
aliorum in officio est regere atque administra-
re rempublicam: ita & in Ecclesia alii sunt
ovium instar & in dissentium ordine, alii
pastorum & doctorum funguntur vice. De-
dit enim Ecclesia sua, præter fidelium turbam,
Deus alios quidem Apostolos, alios vero Prophe- Eph. IV.
tas, alios autem Evangelistas, alios Pastores &c. vers. 4.

F 2

Docto-

44 EPISTOLA GRATULATORIA

Doctores, ad compactionem sanctorum, ad opus ministerii, ad edificationem corporis Christi, donec perveniamus omnes in unitatem Fidei & agnitionem Filii Dei. At verò etiam civili in vita, obtemperantibus quidem sufficit bona de gerendis rebus opinio, prudentia tamen regentium virtus est propria. Quod alibi prolixe sum persequutus. Consimilis autem & Ecclesiæ ratio est. Non illa quæ vulgus Christianum præstat salutis suæ securum Fidei simplicitas, satis est Pastori & Doctori Ec-

2. Tim. 2. vers. 24. *didaskalov:* debet is posse ὁρθομένιον aut recte partiri sermonem veritatis, debet potens esse exhortari in sana doctrina, ita ut valeat etiam avulso. *λέγοντες ἐλέγχειν.* Sunt enim multi intractabiles, & vaniloqui, & mentium seductores, qui totas domos subvertunt: his igitur obturandum est os, sive ut ipsomet Apostoli utar verbo, τὴς δὲ Πίστης. Nihil autem horum effici potest, adversus illos quidem, qui pagani aut Mohamedani non sunt, nisi cum alia tum saltim fideliter & accurate versa

versa Scripturæ Veteris pariter Novæque subsidia, sint in promptu. Nec vero quæ non ex fide translata sunt sacræ Δοκτεῖξεως habent vim, sed opinionem duntaxat gignere sunt idonea, aut ἡ τέχνη αὐθεωπον valent, apud eos scilicet qui nec incuriose versa suspestant. Ut hodie autem tuto ac securè admitrat, quod non sive de Ebræo Testamenti veteris sive de Novi fœderis Græco fonte sit haustum, vix quisquam patietur sese adduci, si sapit quidem. Ex quo scilicet, velut Græci circa Fœdus Novum, ita Ebræi Judæorum codicis circa Testamentum Vetus, authentica dignitas ab Ecclesia cœpit agnosci. Id quod jam olim venit usu. Ceu enim diximus, secure quondam contra Judæos, etiam ex Septuaginta tralatione, omnia sine discrimine, & Apostoli & primi doctores Apostolici depromperunt. Simulac vero ab improbis Judæis versionis illius auctoritas, quæ hucusque à quamplurimis non Judæorum minus quam Christianorum credita erat divina, in universum apud omnes maximo (ceu par erat) in

46 EPISTOLA GRATULATORIA

pretio fuisset, vocata in dubium, & ex scho-
lis ac synagogis passim protrusa est (quod, nisi
fallor, circa Barcochebi PseudoChristi tempo-
ra Hadriano imperante primum cœpit, quia
& Aquilæ Pontici nova versio tum prodiit;
certè paulo ante cœperat, quando sanctissimus
Martyr Justinus contra Tryphonem Judæum
disputavit) tunc sensim etiam ad illos qui tum
ferebantur Ebræi codices flexi à Christianis
quoque sunt oculi, novisque armis excepta
est Judæorum protervia, Origene cum primis
aliisque multum satagantibus. Quæ ratio
sane Origenem ad laboriosissimam illam
Græcorum, codicum collationem, quam E-
pistola ad Ambrosium suum memorat apud
Cedren.
in comp.
hist. Cedrenum ad interpolationem item & cor-
rectionem Septuaginta veteris versionis, ad
Tetrapla Hexapla & Octapla volumina con-
ficienda; quæ Lucianum Martyrem ad suam
cum Ebræis codicibus collationem; quæ Hiero-
nimum initio ad novam ex Origeniano
Græco exemplari, deinde ad aliam ex Ebræis
Judæorum codicibus versionem dandam,
adegit

AD DVCEM AVGUSTVM.

a degit jam olim: quæ postremo ab eo usque
tempore doctiores quoque & prudentiores
Christianos fecit ad Ebraicam veritatem, tan-
quam ad fontem & normam respicere: illa
eadem ratio jure merito hodie compellit nos,
operam dare, ut quoad fieri potest omnia cum
illis fontibus in Ecclesiis nostris convenient.
Ecclesiasticos sanè doctores, æquissimum est,
hac parte bene munitos & instructos esse, in
veritatis propagationem, adversus quamcun-
que vim errorum.

Hoc est Alterum illud, A U G U S T E
PRINCEPS, quod accuratiore Tua vernacula
versione efficere instituis. Non enim sim-
plici duntaxat turbæ fidelium vis consultum,
sed cum primis iis quibus Evangelicæ doctrinæ
majorem curam ipsum Ecclesiasticum pascen-
di ac docendi munus demandavit. Etsi enim
hisce armis pugnari non cupias in sacris qui-
busque populi concionibus: attamen sapien-
ter & pie hoc agis, ut illa semper sint sacri
ovilis Pastoribus in promptu. Ad Origenis
scilicet exemplum, de quo ita Hieronymus:

Adaman-

ex Scho-
uod, nulli
attempo-
pt, qua
n prodit;
ancillimus
em Judazum
illos qui tum
a Christi mis
mis exceptu
e comprimis
Qua rano
mem illam
m, quam E
memorat apud
item & cor
versionis, al
olomina co
rem ad finu
em; quinque
s Origeno
unterfexis
z standam,
a dege

48 EPISTOLA GRATULATORIA

Hier. pra-
fat. ad
Tradit.
Hebr.

Adamantius cum in homiliis suis quas ad vul-
gum loquitur communem editionem (Septua-
ginta scilicet) sequatur, in tomis, id est in dispu-
tatione majori, Hebraica veritate stipatus, &
suorum (Hexaplorum nempe & Terraplorum)
circundatus agminibus, interdum lingue per-
grinae querit auxilia. Ante omnia nim-
rum id quidem curandum esse statuis, uti
regant Ecclesiam qui vitae sanctimonia prælu-
ceant gregi: simul autem probas Hieronymi

Idem ep. illud: Nihil prodest conscientia virtutum frui,
10. ad Pau- nisi & creditum sibi populum possint institueri,
lin.
ut valeant exhortari in doctrina sanctorum & eos qui
contradicunt redarguere: ut & istud alterum:
Sancta rusticitas solùm sibi prodest, & quantum
adficat ex vita merito tantum nocet si destru-
entibus non resistat. Igitur cum eodem Hie-
ronymo non vis presbyteros declamatores esse
& rabulas, garrulosq; sine ratione, sed myste-
riorum peritos, & sacramentorum Dei nostri

Idem Ep. eruditissimos. Verba nimirum volvere, &
2. ad Ne- celeritate dicendi apud imperitum vulgus admis-
p.t. rationem sui facere, indoctorum, etiam esse ho-
minum:

AD DVCEM AVGUSTVM.

minim: nihilque tam esse facile, quam vilen
plebeculam & indoctam concionem lingua vo-
lubilitate decipere, quæ quicquid non intelli-
git plus miratur, si quis aliis rectissime per-
spicis, PRINCEPS SAPIENTISSIME.
Igitur Ecclesiastico ordini cumprimis pro-
spectum optas: ne amentatis hastis proce-
dat in aciem, quando Domini bella serio de-
pugnanda fuerint. Et malis Tu quidem;
posse omnes illos ex ipsiusmet fontibus haurire
limpidam sanamq; doctrinam: sed quoniam
multa iis alia maximè necessaria discenda
veniant, nec omnium vel illa sit ingenii ca-
pacitas, vel illa fortunata felicitas, ut neces-
sariis addere utilia quæque possint, neuti-
quam vero ipsa originalium linguarum pe-
titia ad salutaris doctrinæ propagationem
omnibus peræque sit necessaria, satiusque
proinde sit deficere nonnihil in utilibus
quam necessaria ignorare; sapienter utique
instituissaltim hoc agere, ut in gradu secun-
do stent illi recto pede, quibus primum asse-
qui haud est concessum.

G

Hinc

50 EPISTOLA GRATULATORIA

Hinc necab Ecclesiarum amplissimi Du-
catus Tui Presbyteris Ebræi Græcique ser-
monis scientiam exigis, (quod alibi solet)
multo minus illam fideli turbæ salutis æternæ
caussa necessariam existimas, (ceu itidem alias
quidam delirant,) ut tamen saltim aliqua
prodeant tenus probè instructi Presbyteri, si
ultra iis non detur progredi, hoc accuratiore
isthac vernacula versione effici posse, Te certa
tenet fiducia. Enimvero duo solent quidem,
PRINCEPS OPTIME, turbare nonnullos.
Quorum commune illud est principium:
quod solus qui appellatur originarius textus
sit verbum Dei, versio omnis ut hominibus
debetur ita reapse verbum sit hominum. Pri-
mum igitur sola originaria illa vim habere
divino verbo insitam, instituendique adeo
homines ad salutem: Secundo sola illa
fidem certam divinamque mereri, versioni
autem credi tantum propter auctoritatem
interpretis, quæ credulitas est fides humana
& perincerta. Te vero, **SAPIENTISSIME**
PRINCEPS, horum nihil turbat & quidem
merito.

q[ui]erito. Falsissimum nempe est illud, cui u-
trumque est superstructum fundamentum.
Nec enim in apicibus literarum aut sono vo-
cabulorum reapse vis sita est alicujus sermo-
nis, sed in eo cujus literæ & voces sunt signa.
Quibuscunque igitur characteribus, quibus-
cunque vocibus, quo cunque libro quid tra-
ditum fuerit, perinde id est si vim spectemus
sermonis Verbum igitur Dei est omne quod
textu originario significatur, in quamcun-
que linguam, in quoscunque characteres, in
quæcunque volumina fuerit transfusum. Il-
lud quoque demum pollet Spiritu qui vivi-
ficat nos: vocum literarum librorum varie
formæ per se nihili sunt & nullius efficaciæ.
Nititur quidem porrò versionis firmitas in-
terpretis auctoritate, atq; illa haçtenus huma-
na est quæ dicitur fides; nec tamen propterea
caret certitudine. Est enim & infallibilis
quædam humana fides: alia rarissime fallit
& perquam saltim est verosimilis, et si quæ-
dam sit in errorem prona. Non aliâ vero
certitudine, non aliâ fide, etiam ex origina-

52 EPISTOLA GRATULATORIA

rio fonte aliquid accipi potest. Ne enim nunc dicam, quod sola traditionis fide sciamus, quænam scripta sint Prophetarum & Apostolorum, utique solâ traditione, quid singuli apices & characteres quidque singulæ voces significant, intelligitur. Quibus igitur omnis humana fides citra discriminem suspectæ est certitudinis, fateantur illi necessum est, nihil etiam sese certi ex textu originario posse disserere. Latius omnia quæ hujus sunt argumenti alibi persequutus ego sum. Tevero, SAPIENTISSIME PRINCEPS, nihil hujus jam pridem fugit: còque non probasti unquam illos, qui superstitiose adeo Ebræum & Græcum codicem venerantur, ut versionis omnis vim & fidem sollicitent. Itaque satis consultum Te Ecclesiis nostris prudenter judicasti, si præbeas tralationem, & quidem ea fide eaque industria confectam, quæ ad certitudinem in omni humana vita creditur sufficere.

Sed quò prolabor? Tu vero PRINCEPS OPTIME, certus eiam Tertio es, exquisitio tempore hanc translationem Tuam usui futuram in uni-

in universum omnibus, qui extra Cleri quidem ordinem non tamen etiam in rudissimæ plebis classe sunt constituti. Enim verò nefas est, quos vel ingenii, vel otii, vel fortunæ benignitas supra insimum evexit vulgus, non etiam viribus omnibus conari sacrâ quoque scientiâ plebem antecellere. Sufficiat plebi lac, ast solidior cibus aliis appetendus est. Is autem ex parte accipitur ab usu exquisitissimæ versionis: quæ scilicet lectorem non in maximè duntaxat ad salutem necessariis & planissimis, sed in quibusvis etiam aliis ab erroribus immunem præstare idonea est. Absit enim quâm longissimè, ut erectior & melior quisquam, ab accurata Scripturæ lectione ac meditatione, obtentu vel secularium negotiorum, vel quia illa ad salutem non cuivis est necessaria, Clero demum soli conveniens sit, abstineat. Hos sane jam olim increpuit S. Chrysostomus. *Quid ais, inquiens, homo? non est tui negotii Scripturas evolvere, quoniam innumeris Lazaris curis distraheris? Imo tuum est magis quam*

G 3

Chrysost.
hom. 3. de Lazaro
illorum

54 EPISTOLA GRATULATORIA
illorum, Clericorum nempe: neque enim illi
perinde Scripturarum egent præsidio atq; vos in
mediis negotiorum undis jaçtati.

Igitur quum accuratior S. Scripturæ trans-
lato, & omnibus fidelibus Ecclesiæ nostræ,
ne turbâ quidem exceptâ, & presbyteris quam
maxime, & denique omnibus etiam supra
vulgus eminentibus, usque sit adeo cùm uti-
lis tum propemodum necessaria; quâm im-
proba est calumnia, quâ petitur piissimum
institutum Tuum, AUGUSTE DUX, qua-
si dum novam & exquisitiorem adornas
vernaculam versionem, circa negotium inu-
tile occuperis, & operam perdas! Quod sanè
tam multis modis usum insignem præstabat
aliquando, id citra gravem injuriam non po-
terit, tanquam inutile sit, diffamari. Mire-
ris vero meritò, imo jure indigneris, quod
ausint homines Te accusare, CELSISSE
PRINCEPS, iis etiam argumentis, quæ si quid
valeant, nunc omnis omnino versio, nunc
saltim quælibet post primam, fuerit impro-
banda. Cum prima videlicet tum secunda
objecti-

objectio quas hactenus agito, usque est adeo
communis, ut non Tibi uni, sed versionibus
saltim plerisque si non omnibus, pari possit
similitudine veri opponi. Si utique nulla
potest versio accurata ex Ebræis confici co-
dicibus, (quod primò objectum fuit,) omnes
versiones nullius fuerint aut exiguae fidei;
cum omnes quotquot sunt partim proximè
partim mediate ex solis illis fontibus pro-
manaverint. Si, quoniam ad salutem medio-
cris est tralatio satis, accuratior quævis super-
flua sit, inutilis fuit non Hieronymi duntaxat
novus labor, sed Origenis etiam & Luciani &
Hesychii versionis Septuaginta omnis emen-
datio, inutilis quæ patrū memoria facta est Pa-
gnini, Munsteri, & præstans illa Tigurinorum
Latina translatio; inutilis & Germanica Lu-
theri nostri, ut alias taceā. Qui Te profecto istis
nominibus accusant, PRINCEPS OPTIME,
illos quos dixi omnes accusant, quos utique
auctores habes Tui instituti: imò universum
orbem Christianum accusant, qui versiones
illas & laudibus & actis gratiis accepit, suo-
que

66 EPISTOLA GRATULATORIA

que consensu roboravit. Hoc non adverti à
reprehensoribus, vel inscitiae, vel odii aut in-
vidiæ quæ corruperit judicii facultatem,
signum est luculentissimum.

Quæ sequuntur reprehensiones proprius
ipsam Te tangunt, PRINCEPS, nec perinde
ut priores vagantur: coque & illas nunc
revocabo sub censuram relictis prioribus:
præsertim quoniam justo prolixius iis forte-
sum immoratus.

III. Est autem ordine TERTIUM illud,
quod versio vernacula B. Lutheri nostri cā sit
perfectione, ut melior exspectari abs Te ne-
queat. Quod profecto dignum est accuratā
expensione, quoniam strictim quasi Tuō o-
peri oppositum est. Et verò indignum fue-
rit facinus ac perquam imprudens, si coneris
melius quid dare illo, quo nihil perfectius
produci potest. Hoc sane non tam ludere
fuerit operam, quàm operam, quod ajunt;
pariter & oleum perdere. Quid possit esse
alienius à sapientia Tua, DUX AUGUSTE?
quid ab illo Nestoreo rerum usu, quo nunc
in

AD DVCEM AVGVSTVM.

57

in universo Principum ordine emines? Lutheri porro nostri justâ reverentiâ non profecto cuiquam mortalium cesseris. Hunc venerari jam à teneris exemplo avito didicisti. Avo enim utique genitus es ERNESTO, æternæ illo & sanctæ memoriae Confessore, quo impensis fortassis nemo Lutero favit; tunc etiam, quando Evangelicæ veritatis professio & Lutheri amicitia, cum discrimine omnium bonorum, imò cum vitæ periculo conjungeretur. Illius tanti Principis sanctis vestigiis, neutiquam degener nepos, hactenus institisti. Qui igitur nunc, proiecta adeo ætate, mutus animum, & quasi cornicum, quod ajunt, oculos confixurus, perfectissimum summi virorum opus de fastigio suo velis detrahere?

Verum enim vero, nemo doctus, nemo
pius, non maximis laudibus B. Lutherum
nostrum, cum aliis infinitis nominibus, tum
isthac etiam prosequatur; quod rudi tempe-
state, inter perpetua pericula, inter innume-
ras molestias, adeo paucis hactenus Ebrææ

H doctrin-

doctrinæ in publico suppetentibus admini-
culis, nullo lucro invitante, deterrente un-
dique hostium calumnia & violentia , pri-
mus & unus post S. Hieronymi ævum (in Eu-
ropa saltim, necenim de Asia aut Africa alter-
utram in partem nunc quidquam dixerim)
hoc est post mille amplius annorum interval-
lum, ex Ebræo integri Testamenti Veteris
versionem novam dare vel conatus fuerit.
Quis non miretur sane? Quis non obstu-
pescat ad tantos ausus? Imo quis non sum-
mo prosequatur præconio , quod primus
omnium saltim Germanico populo & nostra-
te lingua (heic enim Latine, fateor, præive-
rat Erasmus) ex Græco fonte Testamentum
Novum omne tradere simul fuerit ausus?
Non ausus verò duntaxat hoc Beatus noster
Lutherus fuit, sed reapse præstítit. Et qui-
dem ita præstítit, ut omnibus ante se natis,
Germanis utique, citra controversiam utro-
que in opere palmam præripuerit. Ete-
nim jam ante illum nonnulli, dissimulato no-
mine , Sacros libros Germanicè verterant,

quidam

H

Quidam & typis vulgaverant, jam reperta typographica arte. Inter ducentas sane sex & viginti sive universæ Scripturæ sive Veteris Testamenti, Novi item Testamenti separatas septuaginta sex editiones, quas Tua manu, PRINCIPUM DECUS, in Augustam Bibliothecam, thesaurum illum librarium incomparabilem, retulisti, comprehen-
Hotting.
Bibl. The-
olog. c. 6.
ditur etiam manuscripta Bibliorum translatio vernacula per antiqua, proso sermone bis, & ter verso: quas inter & illa est, cuius specimen in Theologicæ Bibliothecæ volumine pronuper exhibuit, meritis in rem omnem sacram profanamq; celeberrimus Hottingerus. Continentur ibidem typis excusæ Augustanæ editiones duæ: atque adeo illa etiam quæ sine temporis indicio prodiit, atque indubie per est antiqua; præcedens videlicet annum seculi Christiani quinti decimi sexagesimum sextum, perperam tamen (nec enim ante seculi illius annum quinquagesimum nostro more liber quisquam typis descriptus est) à nonnullis venditata tanquam anno jam quadragesimo prodiisset. Habetur ibi & ve-

H 2

cūstissi-

60. *EPISTOLA GRATULATORIA*

tutissima quædam Coloniensis *ex doctis*, sine temporis nota, simul tamen glossulis illustrata. Est & Lybecensis plebejâ Saxonica dialecto, itidem cum suis glossis: ex quâ, florente jam Luthero, Halberstadensis alia est expressa. Reperiuntur & binæ Norimbergenses editiones. Quæ omnes inter se multipli diversæ, ut aliis atque aliis auctoribus debantur, jam tum autem seculo illo rudiore Christiano post decimum quinto, & quidem fere ante natum Lutherum universæ, saltim conditæ sunt, pleræque etiam publicatæ in vulgus. Quamvis autem meritò laude digna sit omnis isthæc industria, infinito tamen intervallo omnes illos interpretes nostros Lutherus superavit. Nihil videlicet illorum veterum non ferè ex sola Latina Vulgatâ & parum fideliter est translatum. Nihil non rude & barbarum magis quam Germanicum sonat. Nihil non obscurum & sæpe ineptum intelligi. Alicubi & profana licentia ausa est sacris miscere perquam aliena, quædam & turpia atque improba. At verò Lutherus

noster

noster sua omnia ex limpidissimis fontibus
Ebraico pariter & Græco hausit. Versionis
illius dictione nihil tersius, nihil emendatius,
vel optaverit quis talium sectator. Dixerit
merito, ex isthac versione nos Germanos
recte scribere & loqui emendate didicisse.
Mira porro tralationis perspicuitas, proprie-
tas, elegantia, & suavitas. Summâ denique
religione Apocrypha à Canonicis, sacra à pro-
phanis heic sunt discreta. Itaq; est sane versio
illa aptissima ad lectorem instituendum; ac
proinde incredibiles hactenus Ecclesiis Ger-
manicis & attulit fructus, & feret imposterum,
si Dei nos benignitas porrò afflaverit. Imo
est illa jam fuitque pridem Septentrionalibus
populis etiam aliis utilissima, utpote qui non
dubitaverint ex hac unâ versione sibi novas
condere. Quod si profecto nihil aliud omni
in vita præstisset Lutherus, satis hoc unum
suffecisset ad æternam viri commendationē,
& jam plus satis ille Germaniæ nostræ omni-
que vicino Europæo orbi profuisset. Eoque

Matthei
conc. 13. de
vita Lu-
theri.

H 3

tem,

62 EPISTOLA GRATULATORIA

tem, qui quotannis festo domestico memoria
riam editæ hujus versionis per hymnos & sa-
cras gratiarum actiones celebravit. Non
minus sane versio illa nostra anniversario fe-
sto meretur, saltim à Germanis nobis, cele-
brari, atque diem illum quo in lucem venit

Tralatio Septuaginta, in Pharo olim gentiles

Phil. l. 2. pariter & Judæi quotannis sunt venerati:

de vita Mof. quod Philo testatus est. Sane feria anniver-

faria Matthæi Apostoli etiam hoc nomine

jure debeat esse nobis solemnior, quoniam

circa illum diem prima lucem vidi Novi

Bucholz. Testamenti vernacula illa editio: quod ab A-

Ind. Chrō. ad annum brahamo est Bucholzero annotatum. Freme-

1522. rent indubie & ringerentur adversarii, id si à

nobis fieret: perinde atq; sacram Alexandri-

Scal. l. 7. norum lætitia in solempne jejunium mutavit,

de Emen. sequioris ævi (fallitur enim Scaliger in Phila-

Temp.

Petit. l. 2. delphi tempora, falluntur in Hadriani ævum

Var. L. originem illius jejunii conjicientes, cum ejus

cap. II. Maim. de in recensione jejuniorum ne Maimonides

Jejun. c. 5. quidem meminerit) Judæorum quorundam

à sententia majorum, quorum quam multis

Geóπνος

Sacraðs; Thalmude improbitas di fremitus temni.

Cateri des licet, propterea

bus nume P R I N C

Lutherun candore, t

am, nequ utut ille a

affirmatu

nullis cùr

quod non

quam Pro

brem, no

ptime in

que tralato

rectè ait l

tere, hic e

Geóπνος

AD DVCEM AVGVSTVM.

63

Georvgo visam illam versionem etiam ex Thalmude discere est, longissimè recedens improbitas. A nobis tamen omnes ejusmodi fremitus meritò possent ac deberent contemni.

Maff. M. gil. c. 1.

Cæterum hunc licet cultum, & hasce laudes licet, mereatur B. Lutheri versio, non propterea tamen sive authentica sive omnibus numeris perfectissima est. Novisti sane, PRINCEPS ERVDTISSIME, nec Lutherum ipsum, quo generoso fuit animi candore, tale quidquam dum viveret profsum, neque haec tenus à doctorum quoquam, ut ille addictissimè faverit Luthero, palam affirmatum esse. Indoctæ plebis tamen non nullis cum olim tum etiamnū esse persuasum, quod non tam interpretem egerit Lutherus quam Propheticum divini verbi promulgatorem, non itidem Te præterit. Qui quam optime intelligis, quantum vatem inter atque tralatorem sit discriminis: *ibi* nempe, ut rectè ait Hieronymus, *Spiritum ventura* Hieron.
pref. in
Penit. dicere, hic eruditionem & verborum copiam

64

64 EPISTOLA GRATULATORIA

ea quæ intelligit transferre. Et vero circa versionem à B. Luthero institutam nihil plane quod vel speciem possit miraculi habere, contigit: cum propheticum omne miraculo muniri & soleat & debeat; Versio etiam Septuaginta vere divinitus fuerit facta, si quæ de septuaginta cellulis & singulorum interpretationum consonantiâ fertur narratio certâ constaret fide. Non aliis ad interpretationem suam vir summus usus est adminiculis, quam quibus opus est ad quamvis aliam translationem. Didicit scilicet à magistris Ebræam linguam, didicit ab aliis Germanici sermonis proprium maxime & sibi hactenus ignotum usum. Consuluit Judæos aliosque Ebraice doctos, circa ambiguas vocum Ebræarum significationes. Adhibuit operam virorum taliperitia insignitum quidem, non vatum tamen. Lecti sunt atque ad omnem posteritatem gratâ commemoratione dignissima, quæ

Matthes.

con. 13. de

F. L.

Joannes Matthesius vir pietate & studio bene de Ecclesia merendi longe præstantissimus, Lutheri quondam convictor & familiaris, de solemni

solemni illa Translationis nostræ recensio-
ne, quæ effluxi seculi anno quadragesimo cœ-
pit, in ipsa populi sui sacrâ concione reci-
tare non dubitavit. Convenisse scilicet sta-
tis ante cœnam horis præter Lutherum i-
psum, Johannem Bugenhagium, Justum Jo-
nam, Casparem Crucigerum, Philippum
Melanchthonem, Matthæum Aurogallum
& Georgium Rörerum: adventasse interdum
& Bernhardum Zieglerum & Forstemium.
Venerandum profecto & pereximum colle-
gium, non Propheticum tamen. Nec vero
divinarunt hi præstantes viri, sed à precibus
ad Deum rite fusis contulere codices, E-
bræum, Chaldaicum, Græcum, Latinum,
Germanicum, & commentarios Rabbino-
rum, omnibusque expensis in unam tandem
venerunt sententiam; dirigente omnia Lu-
thero, & auditis singulis, prout peritia, judi-
cio, aut facundia valuere. Superest Lutheri
epistola de interpretatione: qua studium qui-
dem suum & operam & interpretandi auxilia
commemorat, propheticum autem nihil.

I

Nec

Nec usquam vel verbulo innuit sibi datum
divini quidquam præ aliis interpretibus.

Exordium æterni & nunquam satis lau-
dandi operis factum est, Novo testamento ex
Matthei. l. c. fonte Græco vernacule edito: quod & à Mat-
thesio annotatum est. Id contigisse anno
seculi illius vicesimo secundo circa Matthæi
Buch. Ind. Chron. festum indicavit etiam Bucholcerus: idque
recte; nam & abs Te, PRINCEPS OPTIME,
editionis hujus exemplar in Augustam
Bibliothecam est relatum. Addidit verò
Bucholcerus: in Novo Testamento recogno-
scendo usum Lutherum Philippi studio atque
censura: videndumque in id Epistolam Phi-
lippi primam ad Camerarium. Ast à Phi-
lippo quidem adjutum Lutherum perquam
est verisimile. Epistola tamen illa prima,
scripta Januario mense illius anni, de Novi
Testamenti recognitione habet nihil; sed
hoc: *Vetus Testamentum cuditur, in quo re-
cognoscendo modo non nihil negotii nobis fit. Ut aut
mendosus sit locus, aut agat de aliqua V. Testa-
menti Latinæ vel Græca editione. Sequentे*

anno

anno, notante eodem Bucholcero, editus à Lutherò est Pentateuchus Germanicè versus. Quæ editio fortassis illa est Pentateuchi Augustæ Bibliothecæ Tuæ, PRINCEPS, quæ sine indicio loci & temporis ibi reperitur, cum præfixo nomine Veteris Testamenti & Lutheri in Testamenti illius libros communì præfatione. Ad annum vicesimum quartum nihil aliud notavit idem diligentissimus Bucholcerus, quām à Lutherò editum esse Psalterium Germanice. Sed Augusta Bibliotheca Tua, PRINCEPS, habet volumen anno isthoc Wittebergæ per Melchiorem Lotterum editum, titulo item communi Veteris Testamenti & præfixa eadem præfatione, continens duas partes librorum Veteris Testamenti, præter Pentateuchum scilicet quæ primam constituit partem, secundo omnia usque ad Jobum. Exstat & seorsim alibi edita pars secunda. Utrum autem reliqua tum prodierint nec ne, certò dicere non ausim. Nam & alios falli video, interque eos ipsum Matthesium, qui ita differuit quasi

post Novum Testamentum, inter Veteris Testamenti libros primus Esaias prodierit Wittebergæ in lucem, idque demum anno nono post vicesimum. At verò anno tricesimo quarto utriusque Testamenti libros omnes conjunctim primâ vice esse editos, certissimum est: & retulisti Tu, AUGUSTE DUX, illius editionis exemplar, mutilum quidem manu tamen ipsiusmet B. Lutheri signatum, in Bibliothecam Tuam Augustam. Ex eō passim per Germaniam frequenter satis opus Biblicum integrum prodiit in lucem. Sed ex omnium diligentissimâ recensione demum illa est editio cuius jam ante ex Matthesio mentionem feci, quæ scilicet habet inscriptum quadragesimum primum annum: cuius exemplar in membranis excusum, in Biblioteca Saxonie Principum, Joannis Friderici Electoris posterorum superesse etiamnum, testatur Ambrosius Reudenius. Cinctra quoque controversiam ultima est earum quæ vivo quidem Luthero prodiere, editio anni quadragesimi quinti. Et hæc & alias quam

Rendens.
Ag. Bibl.
cap. 3.

quām multas, quæ medio tempore in ipsa Witteberga prodierunt, in Augustam Tuam Bibliothecam recondidisti ipsāmet Tua manū, exemplo inusitato, PRINCEPS OPTIME. Cæterūm conferentibus illas interfese, quanta, Deum immortalem, diversitas, quanta varietas deprehenditur! Nemo prudens mutationem factam incusaverit: liquido tamen deprehenderit unusquisque, id quod ipsemet Lutherus istis mutationibus testatum voluit, non divinā quadam inspiratione natam versionem illam, sed, prout humana omnia solent, utque sunt ἀθτέραι φεγυτίδες σοφώτεραι, sensim redditam magis magisque perfectiorem.

Et vero ne ab hostibus quidem discere interdum aliquid, Lutherum puduit. Gloriatur sane is qui Lipsiæ anno octavo vicesimo tertium edidit Hieronymi Emseri in versionem Lutheranam Novi Testamenti Animadversiones, ex Emseri monito nonnulla Lutherum mutavisse. Ac mutaverat quidem haud pauca Lutherus: nec tamen causæ quidquam

70 EPISTOLA GRATULATORIA

erat quur inimicus hoc nomine ipsi insultaret. Acriter nec indocte cum anno istius seculi tricesimo sexto perstrinxisset versionem illam Veteris Testamenti, quæ biennio ante prodierat in lucem, Georgius Wicelius; hujus quoque increpationes omnes non esse à Lutherò contemptas, videre est in editionibus illius *παναγίας διαδίκτου* recentioribus. Similiter quum Sebastianus Munsterus in Annotationibus ad Novam suam Antiqui fœderis Versionem, anno statim post tricesimum quinto diserte παρεχείσθαι quædam Lutheri indicasset, etiam illa omnia ab ipso Lutherò post correcta sunt. Quinimo & Munsterum pariter & Santem Pagninum non dubitavit ὁ Θεοφάνης ille, tertio ante beatum ex hisce terris discessum anno, publice laudare, à studio incredibili & inimitabili diligentia in vertendâ scripture: tantum abest fuisse admonitionibus illis Munsteri offendsum. Sed & in epilogo Præloquii in Vetus Testamentum, per annos complures (demum enim ille anno tricesimo quarto subtrahi cœpit) & inge-

2829

ingenue professus est Lutherus, quantum à sperata perfectione abslet tum versio, & petuit sibi ignosci. Imo idem adhuc fecit tertio ante obitum anno in suo de Judaico Schem-hamphoräsch libro: non se laturum ægre affirmans, si lapsus in vertendo commissos ab sese quis indicaverit, sed acturum gratias; solatio sibi unice esse Hieronymi Pagnini & Munsteri operas, qui itidem ab erroribus immunes sese præstare haud potuerint. Hinc sane etiam post solemnem illam, quæ anno quadragesimo & sequente est instituta, Versionis suæ recensionem, non desit usque ad obitum emendare nonnulla, prout visum est expeditre. Id in editione anni quadragesimi quarti jam factum, & Reudenius observavit. Sicut etiam Davidi Woldero præfatione in Biblia πολυγλωττα Hamburgensia est annotatum, ipsi ultimæ anni quadragesimi quinti editioni à Lutheri manu paulo ante mortem quasdam Paulinorum locorum correctiones fuisse adjectas, quas Wolderus demum in textum ipsum receperit. Ante hunc vero jam pri-

*Redenius
I sag. Bsbk.
cap. 3.*

dem

72 EPISTOLA GRATULATORIA

dem & Matthesius memoraverat, à Georgio Röerio ex mente Lutheri, deum post ejus obitum, quædam correcta esse in aliam plane sententiam. Id cumptimis dignum notatu, non dissimulasse Lutherum, à se pas sim non vocum Ebræarum proditas à magistris significaciones vel Grammaticas regulas fuisse in vertendo observatas, sed expressum esse illum sensum qui sibi est visus vel rei vel nostræ linguae convenientissimus, facta lectori libertate vel amplectendi sic versa vel rejiciendi. Merentur cumprimis illam in sententiam legi, quæ præfatus est vir incomparabilis præfatione in Psalterium, editum anno tricesimo primo: qui liber itidem in Augusta Tua Bibliotheca reperitur.

Nunquam igitur Lutherum ipsum eam versionis suæ perfectionem vel agnovisse vel venditasse, quæ Tuum, OPTIME PRINCEPS, pium propositum morari jure debeat, est profecto sole clarissimus meridiano. Multò minus vero eam auctoritatem tribuerunt isti versioni

versioni hactenus alii, qui quidem inter doctos nomen aliquod invenerunt. Primum enim non dubitaverunt quidam Germanicam dare versionem planè aliam, ex Ebræo & Græco tamen itidem desumptam fonte. Quod utique factum est à Tigurinis jam ab anno superioris seculi quinto post vicesimum, & saepius quidem repetita vice. Idque nusquam (^{Vide Hist. tinger. Biblioth. Theol. I. 1. c. 3. p. 154} quod equidem sciam) improbante Lutherio. Nam immitti quidem epistolâ ad Christophorum Froshoverum scriptâ inventus ille est in Tigurinam versionem Leonis Judæ anno quadragesimo tertio, aliis tamen potius de caussis conmotior: & versio illa fuit Latina ista, quæ summam laudem in ipsa Hispania & Gallia apud hostes invenit: in Germanicam nihil inclementer est dictum. Dedit post aliam & Joannes Piscator. Deinde novam plane haud pridem delecti aliquot in Batavis prompserunt, cum antehac ibi fuisset in usu Hollandica alia ex Lutheri versione expressa. Neque est, quare soli improbae æmulationi operam illam quis imputet, citra injuriam magnorum Ecclesiæ & piorum cœtuum. Fuit autem &

K

vivo

74 EPISTOLA GRATULATORIA

vivo pariter & defuncto Luthero peraddictus
 Joannes Draconites, & tamen ille voluit in
 Pentaplis suis plane aliam dare versionem Germanicam & Ebræo textui magis convenientē.
 Specimina operis, & Wittebergæ & Lipsiæ edita, sunt in medio; nec patiuntur quenquam dubitare. Quin imo in tanti operis publicationem ipsemet Elector AUGUSTUS, in cuius, PRINCEPS, nomen quasi es adoptatus, promiserat jam sumptus: ut sola Draconitis mors grandes illos conatus abruperit. Quām porro, cum vivo etiamnum Luthero tum statim ab excessu illius, doctissimi quiq; Lutheri familiarium, intrepide in quam multis ab hac versione discesserint, vel unus Matthesius quemvis doceat. Lectu sane digna sunt, quæ de Philippo, Forstero, Zieglero & aliis, ab illo commemorantur. Exinde ne Witteberga quidem habuit talis doctrinæ peritiorem quemquam, idem qui agere dubitaverit. Cum in doctissimo suo Psalmorum commentario frequentius id fecisset Salomon Gesnerus, cum primis autem prolixè Lutheri versionem rejecisset ad Psalmi centesimi decimi comma tertium,

*Melch.
Adam. in
vit. Theo.
loger.*

*Matthes.
bon. 13.*

tertium, tantum abest ut culpam ab se se commissam crediderit, ut potius in hæc eruperit verba: *Neg, Lutherus eam nobis necessitatem imposuit, ut non liceat interpretationem textui vicinorem querere: licet ille sua versionis causas quoq; habuerit gravissimas.* Quām operose in ejusmodi censuris occupatus fuerit Wolfgangus Frantzius, docet utique spissum illius de Scripturæ interpretatione volumen Wittebergæ editum. Ipse Wellerus præfatione in editionem Biblicæ versionis illam, quæ auspiciis Serenissimi Saxonici Electoris Lüneburgi ante hoc triennium prodiit, ad ipsum lectorum vulgus promiscuum palām affirmavit, Lutherum sæpen numero sensum potius quam verba originarii textus reddidisse: quod tamen est paraphrastem agere non fidum interpretem. Palām quoque professus est, quædam ex Græcis exemplaribus isthac editione recepta, quæ antehac fuerant à Luthero omis-*sa*, quædam passim correcta. Quorum quidem, fateor, nonnulla librariorum culpâ laboraverant, non tamen omnia: ut ex colla-

76 *EPISTOLA GRATULATORIA*
tione antiquissimorum exemplariorum mani-
festum est. Ab aliis alibi idem factum esse,
probatu fuerit facillimum, si id agere tanti sit.
Quid, quod quantumvis maxime Lutherο ju-
ratorum eruditus nemo itidem non docue-
rit, ipsos met Ebræos & Græcos fontes in dubiis
quibusque adeudos, atque ad istam normam
ipsam Lutheri versionem esse exigendam.
Prout sane quis fuit illius peritiæ fiducia ali-
qua, ita hactenus non dubitavit dormitantem
Homerum illum nostrum modeste excitare.
Nonnulli τὰς παρεπονείας subinde etiam
acriuscule perstrinxerunt publicatis scriptis.
Quin imo in morem fere jam abiit, apud
ipsum imperitum vulgus in sacris homiliis ja-
titare, si quæ fuerit versionis ab originario E-
bræo aut Græco sermone dissonantia. Sæpe,
fateor, ostentationis magis gratiâ quam exspe-
ctatione sacri fructus: fit tamen, idque ne-
mine indignante, quasi hoc ipso præter rem
versionis laudi debitæ aliquid detrahatur.

Uno verbo: de prædicata isthæc versionis no-
stræ vulgaris perfectio, novum ἔγγυα, novum

τέλος

¶
novum commentum est, sive infici-
ti & sive malevolentiae, ad faciendam pio Tuo,
PRINCEPS, instituto invidiam. Veram re-
ceptæ interpretationis virtutem, & quænam
illius hactenus apud pios ac prudentes quos-
que fuerit existimatio, dudum optime intel-
lexisti. Illam inviolatam tueri etiam impos-
terum, & animus & consilium est. Nunc
verò demum inusitatis laudibus illam præ-
dicari, & quasi Papistico ritu authenticam
reddi, idque in Tui duntaxat obtrectationem,
si indignaris justissima sanè fuerit ira Tua.
Quum nimirum interpretum alii, ut fidei
laudem consequantur, strictim quidem ad-
hæreant linguae illius quam transferendam
sumpsere ιδιωτούς, eo ipso autem sæpius iis
male consulant, quorum in gratiam versio-
nes instituuntur, quandoquidem obscura &
barbara facta versio ad docendum, populum
cumprimis, non estidonea; alii perspicue ver-
tunt quidem sed minus fideliter: dudum
didicisti SAPIENTISSIME PRINCEPS
à maximis magistris, Lutherum nostrum

K 3

præ-

prudenter vitato primo vitio studuisse quam
maxime cum perspicuitati tum elegantiae; ac
tametsi illud agens impegerit subinde in par-
tem alteram (ut fere solet fieri) nec proinde
perfecti omne interpretis punctum tulerit,
assecutum tamen esse illud quod in transfe-
rendo est præcipuum, & cuius potissimum gra-
tiâ Scriptura nobis est divinitus tradita: ut
nempe etiam tum egregie doceat populum
& instituat versio, quando à limpidis suis fon-
tibus remota fluit lutulentior. Meyān χάεις
ἄντας: nemo probus & pius non Tecum dixerit.

IV.

Verum & de Tertio satis. Veniendum ad
QUARTUM est. Turbatam scilicet iri
Ecclesiae tranquillitatem, simul prodierit Tua
isthaec, **PRINCEPS AUGUSTE**, nova ver-
sio, nonnulli ominantur: tranquillitati au-
tem unice studendum utique, nec oportere
τὰ ἀκίνητα κυρεῖν, sed potius juxta Platonem
τὸ παιδεῖον τε τέλος. Sed ea es ætate, & isthoc
longo rerum usu, ut haud temere Te possint
fugere, **SAPIENTISSIME DUX**, illa quæ
impendent. Prospicis illa perinde ac jam sint
præsen-

præsentia. Fuere etiam hactenus omnia consilia Tua ad pacem ac quietem cum Ecclesiæ tum reipublicæ composita. Iстis non minibus hosce triginta annos amplius, quibus patriæ regimini præfueristi, in Principum ordine ingens nomen es consecutus. Hoc ipso tempore quid non agis, ut quæ in vicinia sunt commota arma pace justâ iterum ponantur? Justâ inquam pace. Novisti scilicet non quamlibet pacem reapse pacis nomen mereri: & bellum esse identidem paci præferendum. Eoque quantumvis paci studueris quam maximè, non tamen non & corruptis armis libertatem atque jura patriæ fortiter contra hostes es tutatus: nunc etiam adeò miles Tibi est quasi in excubiis, paratus & vim avertere fortassis illatam, & pugnare pro gloriâ, feliciter per innumera secula à majoribus ad Te propagatâ. Quæ reipublicæ verò est non dissimilem multò Ecclesiæ quoque rationem esse, dudum habes perspectum. Quotiescunque scilicet invaluit improbitas aut inscitia, non solere veritati at-

que

80 EPISTOLA GRATULATORIA

que pietati aditum vel admissionem sine perturbatione aliqua rerum permitti: ne defendi quidem illam semper posse citra motus. Idque omne fieri nullâ sapientiae, veritatis, probitatis, religionis culpâ, sed malignitate aut superstitionis, aut inscitiae, aut aliorum vitiorum. Ac solere quidem vulgo tantum non semper accusari bonos quosque turbarum & motuum ergo ab improbis: sed pari jure atq;, ut est in apolo, lupi oves postulabant injuriarum, quoniam à canibus praesidiariis allatrantur. Et Prophetæ olim & Apostoli, imo Christus ipse, turbarum excitatarum ergo in vulgus pessime audierunt: hoc uno nomine à quam multis eorum est captum supplicium. Non sine turbis Evangelium propagatum iri, jam prædixerat Servator. Putatis, ajebat,

*Matth. X. quod venerim pacem daturus in terra? Non,
Lnc. XII. 34. dico vobis, imo dissidium. Ex hoc enim erunt
51. quinq; una in domo dissidentes, tres adversus duos, & duo adversus tres. Dissidebit pater contra filium, & filius contra patrem: mater adversus filiam, & filia adversus mater, socrus adver-*

sus me-

Sus nūrum suam, & nūrus aduersus socrum suam. Hoc ætas avorum, hoc patrum, hoc nostra nunquam est non experta, quan- docunque contra multitudinem improbo- rum, aut aduersus inscitiæ vim numerosam, causa veritatis & sapientiæ agenda fuit. Sa- cra ista aliter nec consticerunt hactenus, nec constabunt unquam. Pax igitur Ecclesiæ sectanda, sed quæ est citra dispendium ve- ritatis, pietatis, & sacræ sapientiæ. *Pacem* suis valedicturus discipulis & familiaribus & dedit, & in μημέσουνος atque signum dedit Salvator, sed suam, sed non qualem dare mun- dus solet, non qualem vel impietas optat vel *inscitia* desiderat. *Pacem* ergo etiam Tu diligis, ΘΕΟΦΙΛΕΣΤΑΤΕ PRIN- CEPIS, sed quam simul *veritas* comitatur, ex Prophetæ monito: qui *veritatem & pacem*, *conjunctionem* *diligendam* mandavit divinitus. Optas quin etiam seriò, imo eos qui Tuo im- perio subjecti sunt compellis, ut *cum omni- bus hominibus in pace vivant*, sed si fieri id possit & quantum in ipsis est. Cæteroquin vero

Ioan. XIV.

17.

*Zachar.**IIX. 19.**Rom. XII.*

18.

L

placet

Nazian. placet Nazianzeni illud: ὅπις πρεστον ἐμπα-
orat. i. de θεοῖς ὄμονοιας ἢ ὑπὲρ ἐυσεβίας διάσασι: melius
pace. esse dissidium pietatis caussa ortum vitiosa con-
cordia.

Hæc cetera ita à me dicta ubi expensa sal-
tim leviter fuerint, non dubito etiam à cen-
soribus Tuis, SERENISSIME PRINCEPS,
approbatum iri. Utrum autem hac in causa
bene illa agitaverint jam animo, forte haud
injuria quis dubitet: nec enim videtur fieri
temere posse, ut hisce probè expensis crude-
 adeo pacem ac tranquillitatem urgere non-
nulli potuerint. Ad cetera verò etiam
transibo: num verum sit quod quidam omi-
nantur, nova versione Tua turbatam iri Ec-
clesiam, existimaturus. Et vero sunt qui cau-
fiantur, primum adversariis Ecclesiæ nostræ,
interque eos præcipue iis qui Pontificem
Romanum sectantur, præbitum iri argumen-
tum Ecclesiæ nostræ obtrestandi & insul-
tandi: deinde in ipsis nostris Ecclesiis offen-
diculo & scandalo futuram novam hanc
versionem, simplicioribus quibusque; cre-
dituris

dituris videlicet, quasi hactenus genuino Dei
verbo non fuerint instructi; & quasi Ecclesias
nostras hucusq; Pastores sui doctoresq; dece-
perint: Multo minus tertio posse in ipsis sacris
conventibus fieri nova & inaudita verba, tan-
quam hæc demum divina sint: In Lutherum
quarto magnam esse ingratitudinem, si ejus
hactenus maxime salutaris opera ad vulgus
perstringatur ac flagelletur: Inter doctos
postremo lites atque contentiones excitatum
iri, aliis novam aliis veterem versionem pro-
pugnantibus. Hæc fere sunt (nisi fallor)
PRINCEPS, quæ & viri nonnulli magni
moverunt. Quos ita loqui, non malevo-
lentia, non invidia ductos, sed serio pacis
Ecclesiasticæ & boni publici studio, haud sane
dubitas. Ac proinde tantum abest ut ob-
jectionibus illis quicquam fueris offensus,
ut cum ante fuerint à quibus isthæc acce-
pisti, alii magnæ apud Te auctoritatis, alii
multis tibi nominibus accepti ac cari, nunc
solito sint omnes cariores, & libertate isthac
admonendi creverit Tibi quorundam existi-

matio. Mansisti nihilominus in proposito, neque Te passus es deterri: ratus perinde atque illi sunt boni & intelligentes, ita nec ægre laturos Tuum rationibus validis munitum dissensum, imò Tuis ad objectiones ejusmodi responsis candide illos & ingenue acquieturos.

Ante omnia autem in mentem Tibi heic venit, quod videri queat hoc per imprudential agi, ut Lutheri versio nostris Ecclesiis pro codice authentico obtrudatur, perinde atque vulgata Latina in hunc dignitatis apicem Tridentini patres apud suos evexere. Simul sane Novi Testamenti versionem ex Graeco aliam cuderet Erasmus, similibus plane argumentis, qualia nunc objiciuntur, illum adorti sunt quidam ejus tempestatis Theologi: ceu liquet vel ex illa celebri ad Martinum Dorpium Epistola. Ubi autem prodisset versio isthæc in lucem, personaverunt pulpita sacrarum ædium, & conventicula monachorum, imo ipsæ popinæ, ipsæ tabernac vulgi, itidem iisdem plane rationibus, pro

sacros

Facrosancta Vulgatae Versionis Latinæ auctoritate. Ac tametsi hactenus nunquam talia fuissent auditæ, sed saltim doctos inter Ebraeorum Græcorumque codicum prævaluisset *av. Silia*, tamen propter solas illas quæ nunc quoque adferuntur in medium caussas, Tridenti vicit tandem improba inscitia; frustra relucentibus posthæc, frustra querulantibus ac dolentibus, melioribus & doctioribus quibusq; illius etiam partis. Non quidem nostris Ecclesiis Concilium aliquod ejusmodi fortassis est metuendum, (quanquā hoc etiam agere illos qui vim in numero collocant, haud sit ignotum) nec temerè fortassis in authenti vocabulum conspirabitur, ut aliquis maneat color rebus quandoquidē tamen non desunt tyrannidis citra omne concilium exercendæ artes, atq; utut vocabulo abstineatur, res tamen ipsa potest constitui; quā es prudentia, PRINCEPS SAPIENTISSIME, haud immerito vereris, ne forte quibus gradibus in Romana Ecclesia ad Latinæ Vulgatae *av. Silia* est ascensum, etiam apud nos iisdem

NOTA

L. 3

passibus

passibus fiat progressus, ad vernaculae versionis B. Lutheri *avagap̄dnoiāv*, tandem aliquando tyrannicā quadam inscitiae factione stabilendam. Observas nempe jam cum agi aliquod *uv̄s̄neiōv* inscitiae: coērceri duntaxat sapientiorum quorundam repagulis, ne ex libidine grassetur. Ac proinde eo magis Tibi, ceu magno Ecclesiæ nutricio ac defensori, id negotii incumbere existimas, quo improbis conatibus in tempore eatur obviam. Ac illos quidem, à quibus hodie Tibi isthac objiciuntur, alienissimos novisti esse à pravo illo instituto, bonoque ac pio animo omnia agere nedubitas quidem; utpote cum virtus & doctrina eorum magno apud Te sit in pretio. Verum quod hi ex suo candido ingenio etiam alios quosque aestiment, neque attendant, quod nisi caveatur in eosdem scopulos naufragium sit factura tandem Ecclesiæ nostræ navis, in quos impingens Romana versionem mere humanam ordini divino, impietate ne majore an dementia, inseruit: id vero & doles pariter & miraris. Sperastamen,

men, simul probe expensum fuerit, quām
planē eadem sint, quibus olim Erasmus ex-
ceperunt ejus tempestatis nonnulli, cum iis
quæ nunc objiciuntur, & quis successus tan-
dem Tridenti evenerit, territos isthoc exem-
pto bonos illos & magnos viros, emendata
sua securitate, in Tuo, SAPIENTISSIME
PRINCEPS, provido consilio acquie-
tuos.

Qui porro nova Tua versio justam sit cau-
sam præbitura adversariis Pontificiis Eccle-
siæ nostræ insultandi? An quia hoc ipso si-
gnificabitur, hactenus non usos esse nos ver-
sione omnibus numeris absoluta? At verò,
nunquam aliud quidquam professa est Eccle-
sia nostra: nunquam non agnovit hoc ipse
met B. Lutherus noster. Non ergo nunc
demum Romanenses hoc discent. Si qui pro-
pterea, tanquam ob rem novam, gloriabun-
tur, inscitiam suam aut malitiam prodituri
sunt. Nec fuerit caussæ quidquam, quare nos
curemus magis hasce inanes gloriationes
quām quasyis eorum alias. Utique post
etiam

33 EPISTOLA GRATULATORIA

etiam quam Vulgata Latina fuit authentica reddita, primum Joannis Eckii, post Ulenbergii, nuper & Moguntina, ab utrâque in quammultis diversa, translatio vernacula in Germania nostra prodiit in Pontificiarum Ecclesiarum usum. Si ipsis non vertenda est vitio versionum isthæc varietas, quo jure nobis potest in culpam imputari? Ex nostrâ sane sententiâ non major versionis Lutheri auctoritas, quâm ex illorum Ulenbergianæ aut Moguntinæ est. Nihil horum non est mera versio: codex authenticus nobis est Ebræus & Græcus, illis Latinus.

An dixerint fortassis, quod nova hæc versio suâ aliquâ varietate significet, Lutheri versione verbum divinum non fuisse sincerè traditum? Stulti profecto fuerint, id si dixerint. Principiò enim pari ratione quis jure dixerit, nusquam terrarum reperiri sincerum Deivum, quoniam nusquam terrarum authentici etiam codices non suis laborant vitiis, nusquam ullæ fuerunt in usu versiones omnibus numeris perfectæ: quod jam supra ostendimus,

mus. Considerentur saltim solæ illæ Ecclesiæ
quæ sacra sua Latinâ celebrare linguâ solent,
quas inter Romana semper eminuit. Num
verbum Dei sincerum illis defuit cum olim
tot pene essent versiones Latinæ quot codi-
ces? Num Hieronymo recensente Italicam
vulgatam versionem verbum Dei sincere
deum cœpit doceri? Num sincerum ver-
bum Dei defecit iterum, innumeris librario-
rum culpâ in vulgatam versionem mendis
irrepentibus? At verò quo tempore adhuc
fœde adeo laborabat Vulgata isthac, Paulo
tertio Papa sedente, & brevi tempore (quo-
niā à morum reformatione tanquam à sco-
pulo callide quantum fieri licebat abstinere
jusserat tum Romana curia) complura per in-
doctos & paucos, Italos pene solos, Episcopos
conderentur doctrinæ nova&haætenuis inau-
dita dogmata, Synodus Tridentina statuit
& declaravit, ut vetus ac vulgata editio, quæ
longo seculorum usu in Ecclesia probata erat, in
publicis lectionibus, disputationibus, prædicatio-
nibus, aut expositionibus, pro authentica habe-
tur,

M

tur,

tur, & quod eam nemo rejicere quovis prætextis
audeat vel præsumat. Eadem Synodus sub
anathematis pœna jussit, ut libri sacri, prout in
vulgata Latinâ editione habentur pro sacrâ &
canonicis suscipiantur. Insanum profecto
decretum, si accipiatur uti verba sonant, ut
que illud Jesuitæ vulgò interpretantur: secuti
indubie isthac etiam in re Lojolam suum,
quem solemnia illa delirasse, constat ex P.
Ribaden. Ribadeneiræ narrationibus, ut haud injuriâ
I. V. de vi-
ta Ignatii Lojolæ spiritui Tridentina isthæc quis tulerit
cap. 10. accepta. Frustra enim desudat Andradius, ut
Andrad. ostendat, illam vulgatam editionem solam appro-
Defens. batam, qua ab omnibus sit erratis summa diligen-
Fidei Tri-
dent. l. 4. tia expurgata, quod non nisi plurium exemplariorū
pag. 387. collatione, & Italicorum Gracorumq; volumi-
num, cum Latina dissident, subsidiis fieri potest.
Nec enim tale quid in Tridentinis decretis
legere est, & citra omnem exceptionem Vul-
gatæ, qualis tum erat, nō à Vulga isthæc fuit tum
attributa. Tum vero ipse ille Andradius
agnoscit lapsum subinde in vertendo Vulga-
tum; inque id laudat Joannis quoque Drie-
donis,

Idem p.
360.

donis sententiam: nec enim interpretem illum ita à Spiritu Sancto, adjutum quin in ejus lucubrationibus humanae imbecillitatis vestigia hanc extent. Sed fortasse rectius senserunt Tridentinorum patrum nonnulli, quām verba decreti sonant. Et vero etiā heic ut in plae-
risque aliis, arte isthac suā videtur usus. ^{oλογιας} Marcellus, qui Pontificis vice Concilium
tum moderabatur. Ut enim idem Andradius
scribit: *Vir eruditissimus frater Andreas Vega,* ^{Idem p. 360.}
qui Concilio Tridentino sub Paulo tertio inter- ^{Vega cora-}
fuit, multis confirmat, nihil aliud Tridentinos ^{tio habe-} ^{tur Hift.}
Patres, cum vulgatam Latinam editionem Au- ^{Conc. Tri-}
tenticam pronunciarunt, significare voluisse, ^{dent. l. 2.}
quād nullo eam defēdatam errore existere, ex
quo perniciosum aliquod dogma in fide & mori-
bis colligi posset, atq; ideo adiecisse, ne quis il-
lam quovis prætextu rejicere auderet. Ne vero
banc fuisse Concilii mentem dubitare quis posset,
testem ea de re citat gravissimum Cardinalem S.
Crucis, Concilii tunc Legatum postea Pontificem
optimum maximum, & Marcellum appellatum,
& quo illud se inquit pridie, quam hoc decretum

M 2

rogare-

92 EPISTOLA GRATULATORIA

rogaretur accepisse, & postea id ipsum confirmantem & attestantem non semel audivisse. In
Ban. in 1. Th. c. 1. sect. 8. hanc sententiam fere etiam Dominicus Ban-
nez, imo fatente Melchiore Cano plariq;
saltum olim Tridentinum Decretum acceperunt.
Non est meum de mente illius decreti dispu-
tare, quæ ipsiusmet sectæ illius maximis ma-
gistris est incerta. Si vera autem est Vegæ
illa explicatio, ne quidem illa à Tridentinis
asserta à Sevilia immunem ab erroribus & vi-
tiis vulgatam præsttit: & tamen morum ac
fidei doctrinam integrum ibi superesse, citra
āv. d. sp. malūs p. dubitare nemini fas fuerit. No-
tum præterea, Sixti demum quinti auspiciis
prodiisse in lucem Versionem istam solito cor-
rectiorem, cum haec tenus mendis infinitis fu-
isset conspurcata: Clemente quoq; octavo in
emendationem ejusdem sacri codicis alios o-
peram novam collocasse, & tamen non dubi-
tasse Franciscum Lucam Brugensem singu-
lari libro pronunciare, ingentem adhuc men-
dorum copiam esse reliquam. Hæc quum
Pontificium paulò eruditiores neminem fu-
giant, quâ fronte quis illorum ausit expro-
brare

brare nobis, tanquam verbum Dei versione
Lutheri non fuerit sincere traditum, pro-
pterea quandoquidem in nonnullis interpre-
tatio cespitaverit? Taceo nunc, quod post
illam Paulo III Papa auctore introductam
Vulgatæ Latinæ *ducentiarum*, ab ipsis Pontificiæ
Ecclesiæ affeclis, viris magni nominis, pu-
blicatæ sint Variæ versiones Veteris pariter
& Novi fœderis, cum seorsim tum in Poly-
glottis illis Bibliorum Regiis voluminibus, id-
que applausu maximo etiam suorum; quas ta-
men in quamplurimi à Vulgata dissidere
non profectò ignorabant. Taceo, quod
non desierint quammulti operam egregiam
præstare in Ebræo quoq; sermone illustrando.
Frustra autem, imo improbus, fuerit omnis
labor iste, si illi ipsi Pontificii doctores agno-
vissent, nulla quæ ab authentico declinant
nonnihil exemplaria verbū Dei comprehen-
dere. Quid? An non Francisci Ximenii Com-
plutense opus, motu proprio, ut loquuntur,
Leo decimus Papa laudavit? An non idem Papa
Erasmus, versi Novi Testamenti caussa,

94 EPISTOLA GRATULATORIA

bis Apostolica benedictione dignatus est? An non idem Pagninum ad vertendum ex Ebræo Testamentum Vetus non cohortatus duntaxat est sed juvit impensis? An non Clemens Pagnini laborem illum quām benignissime exceptit? Omnibus illis versionibus imò & codicibus aliquid deesse ad summam perfectionem, & Leo indubie & Clemens censuit; neuter propterea tamen aut translationes aut editiones illas aspernatus est, multo minus damnavit, quasi divini verbi sinceritati fuerit vis facta. Cum ita verò sese habeant omnia in ipsamet Romanā Ecclesiā, recte censes PRINCEPS SAPIENTISSIME, inane esse terriculamentum, aut certe vanum metum periculi, quo Te à novâ versione Tuâ publicanda quidam absterrere nunc conantur. Nec enim quenquam Pontificiæ partis adeo deliraturum: si verò quis ita insaniverit, vel contemni illum debere, vel mittri ad Anticyras elleboro purgandum, vel saltim rectius instituendum ex iis quæ jam ante abs me ad objectionem secundam sunt disputata.

A Pon-

A Pontificiis itaque non est quod tur-
barum quidquam propter Versionem Tuam,
PRINCEPS, homines nostri metuant. In-
terni autem motus fortasse majus Ecclesiis
nostris inferent periculi. Et vero ipsemet
quoque Tu, DUX OPTIME, etiam atque
etiam cautum cupis, ne quæ justa caussa tu-
multuandi nostrorum cuiquam præbeatur.
Cum primis cordi Tibi est simpliciorum quo-
rumque tranquillitas; quandoquidem non
perinde aut invidia aut malignitas eorum
extimescenda est, quâm imperitia, & quæ à
malis fit deceptio. Eoque nefas omnino
existimas, offendiculo esse illi hominum ge-
neri. Quin imo, et si reapse id demum genus
scandali sive offendiculi quod datum appellat-
litant sit in vitio, non illud quod acceptum
vocatur, atque adeo modò abs Te populus
nihil jure capiat incommodi queas securâ
vivere conscientiâ; aliquid tamen etiam ul-
terius infirmæ illius ruditati indulgendum
esse, pie arbitraris. Animo scilicet nun-
quam non obversantur: quæ de cœsu eorum

quæ

96 EPISTOLA GRATULATORIA

*i. Cor. IX.
IX. X.* quæ diis immolata erant olim sanctissimus
docuit Apostolorum: abstinentia scilicet ab
iis esse, saltim ne quis rudior edentis exemplo
inductus opinetur, licere & dæmonum sacris
nonnihil communicare.

Cæterum vulgi primùm magnam esse
diversitatem itidem novisti. Quidam stu-
pidiores sunt quam ut vel decipi possint: ceu
de Thessalìs olim jocabatur Simonides. Qui-
dam rudes quidem dociles tamen simul, & à
judicio hæc tenus sunt instructi ut recte mo-
nenti obtemperent. Quidam ipsi suâ aliquâ
pollent curiositate, bonâ vero pariter indole.
Utrique verò illi patiuntur etiam se decipi,
decepti autem sæpenumero tumultuantur
& ferociunt. Nonnulli planè improbi sunt,
& vel spernunt meliora quæque vel crimi-
nantur. Ultimorum nunquam habenda est
ratio; sed vi & pœnis aut coercendi illi sunt,
aut revocandi in rationis gyrum. Eoque
nec Tu, SAPIENTISSIME PRINCEPS,
illorum in gratiam ab eo quod liberum Tibi
est, multò minus ab eo quod commodum
fuerit

fuerit vel latum unguem temere deflexeris. Cum itaque novae versionis Tuæ utilitas jam satis defensa sit, & prudentibus omnibus innotuerit, ab improbo quidem illo hominum ordine non patieris pio Tuо instituto remoram injici. Primi item nullum facillere possunt negocium, nec solent talia ad curam suam revocare. Ac proinde hi quidem, PRINCEPS, quicquid versione Tua egeris, ut non laudaverint, ita nunquam reprehendent vel in sinistram trahent suspicionem.

Ad ingenium illorum qui secundæ & tertiac sunt classis dirigendum esse versionis etiā Tuæ usum, ut alia quam multa in civili vitâ, sapienter, PRINCEPS OPTIME, arbitraris. Unice autem interesse, bene an secus fuerit edoctus populus itidem novisti. Et vero si de versionum auctoritate, commodis aut incommodis, recte fuerit plebs instituta, nihil turbat nihil incommodi à versione aliqua in vulgus solet promanare. Verterant Græce Veteris Testamenti codicem Aquila, Symmachus, Theodotion, Judæorum Græcissantium fortassis

N

in

98 EPISTOLA GRATULATORIA

in gratiam. Idem factum fuisse à duobus aliis anonymis, quorum versiones repertæ sunt Hierichunte & Nicopoli, per est verosimile.

*Masse-
chet
Suta.* Nec enim fidē meretur Thalmudica illa traditio, quo tempore Titus debellavit Judæos jam unanimi omnium consensu constitutū esse, ne quis liberos suos Græcam linguam doceat: ut pote cuius famosi instituti nec apud Josephum nec apud quenquam alium vel levissimum exstet vestigium, cumque ex adverso certum sit Justiniani adhuc tempore in synagogis nonnullis Græcam Aquilæ si non & Septuaginta versiones fuisse lectitatas; nisi forte Babylo nienses tale quid apud suos præceperint. Ut ut autem versiones istæ Judaizaverint plurimum: ab Origene tamen in Tetrapla Hexapla & Octapla sunt recepta, non tantum Christiano nemine refragante, sed doctioribus etiam quibusque laudantibus. Ex illis ipsam Septuaginta versionem non dubitavit idem Origenes interpolare. Quarto Christiano seculo in omnibus Ecclesiis Græcis, quæ haec tenus utique non nisi Septuaginta priscā illā

illâ & nullam passâ usq; huc correctionem e-
rant usæ, alibi Lucianeam, alibi Hesychianam,
alibi Origenianam editionem acceptatam
esse, jam supra Hieronymi verbis narravi. ^{Supra} Facta autem fuit illa mutatio sine omni tur-^{P 28.}
ba; ut nec inter Ecclesiis propter illam edi-
tionum varietatem ulla est orta discordia.
In Latinis quoque Ecclesiis inter infinitas
versiones mera fuit olim malacia. Et cœpit
pōst Italica, sive quæ Hieronymi appella-
tur, passim quidem obtinere, reliquis aboli-
tis, sed itidem sine motu. Cum Hierony-
mus verò cuderet ex Ebræo versionem no-
vam, calumniis & obtręationibus plurimis
fuit passim ille exceptus: non perinde à po-
pulo tamen quam ab ordine doctorum.
Ut ad nostram cum gentem tum æratem ve-
niamus: nemo in omni Evangelico popu-
lo vertit vitio Luthero quidquam, nulla in
Ecclesiis nostris uspiam orta est commotio,
propterea quod frequenter adeo olim Luthe-
ri versio isthac mutarit. Non ignoravit et-
iam populus, quam sæpe & libetè viri docti

N 2

soliti

100 EPISTOLA GRATULATORIA

soliti sunt Lutheri interpretationem defere-
Matthes. re. Ipse Matthesius utique in corona vulgi
cong. 13. non dubitavit illud jam olim profiteri. Ex-
 inde autem in communem pene abiit mo-
 rem, coram vulgo ipso flagellare subinde
 Lutheri versionem, & nova dare obtenu-
 Ebraici aut Græci fontis: idq; sine omnipopuli
 offensâ aut indignatione. Iis porro quæ non
 dubitavit Wellerus mutare, tametsi aperte hoc
 ille & candide fuisse professus, nemo tamen
 quod equidem sciam in populo succensuit.
 Et in Batavis non ita pridem nova in Ecclesi-
 as versio traducta est, multitudine nihil recla-
 mante. Bonum contrâ Erasmus ut aliorum
 laudes, ita multorum odia exercuerunt, &
 passim ille apud vulgus malam gratiam inicit:
 nullâ vulgi tamen culpâ, sed indoctorum
 atque improborum, monachici cum primis
 ordinis, hominum perpetuis ad turbam in
 Erasmus debacchationibus. Plena sunt
 summi & incomparabilis viri scripta quere-
 larum, de iniquissimis nonnullorum ejus tem-
 pestatis in versionem suam calunniis ad po-
 pulum

AD DUCEM AVGVSTVM.

101

pulum sparsis. Ipse met Tu, SAPIENTIS-SIME PRINCEPS, notasti quædam verba eximia & mihi suggestisti. Eoque non invito Te fiet, spero, si ego vicissim hac occasione quædam ejus h̄ic recitem, tantum ex Apologâ, refellente quorundam seditiosos clamores apud populum, quod vertisset: *In principio erat sermo.* Quum enim narrasset, quemadmodum alii in Britannia, alii in Belgio, alii in Gallia, alii alibi in se detonassent, ita perrexit. *Eadem blaterantur pañim apud mulierculas, apud negotiatores, apud primores aulicos.* Quorum ut sint nonnulli qui valent judicio, ita sunt quibus in rebus hujusmodi non difficile sit imponere. Præsertim cum accedat cultus ille propheticus, Ἐ^τ ut Græci dicunt, ἵεροπτερης: quum frons & supercilium, quod pollicetur virum quantivis precii: cum accedat titulus ille reverendus: cum callida fucataque religionis simulatio, quā falluntur & egregie cordati. Hæc seu bene habent, seu male; quid seditiosius, quād vociferari apud imperitam multitudinem? Nos illa doctis scripsimus, non populo. Privatum legi

N 3

cupimus,

cupimus, non publice. Manet scholis sua transla-
tio, manet templis sua Nec ipsi secus legimus, aut
canimus, quam ceteri. Nec hoc unquam postu-
lavimus a Romano Pontifice, cuius bortatu la-
borem hunc primum evulgavimus, cuius autori-
tate freti denuo recognovimus, ut tolleret vete-
rem ac receptam translationem; sed ut ex nostra
hac domi collata illa & dilucidior esset & minus
depravata. Hic si quid parum probant, aut co-
rām admonere debuerunt, aut scriptis refellere.
Nunc evulgant quod erat inter eruditos disputan-
dum; & evulgant apud coriarios, apud textores,
apud mulierculas. Id erat absurdum, etiam si
vera prædicarent. Nunc per verso studio men-
tiuntur, depravant, calumniantur, ac præstigiis
fallunt populum, quo magis irritent. Etenim
quum audit plebecula, esse quendam qui corrigit
Evangelium Joannis; non intelligit, mihi rem esse
cum interprete Latino, tractatareque an potuerit
commodius reddi, quod ille vertit, sed arbitratur
me damnare quod ipse scripsit Evangelista. Ne-
que secus interpretatur, cum audit esse, qui cor-
rigat Precationem Dominicam, qui corrigat Sa-
lutatig-

lutationem
Virginis m
Neque pop
etiam quia
haberi. D
enim qui e
norint fo
Hæc Era
ita loqui
optime L
Christian
in fama
misceua
imperita
pides pr
rat dari
fortassis
qui inter
dicant, q
sanctimon
minent. I
llis sita e
fultatiq;

lutationem Angelicam, qui corrigat Canticum
Virginis matris quod vulgo dicunt Magnificat.
Neque populus tantum sic interpretatur, verum
etiam quidam qui vulgo Sophi & Rabini volunt
haberi. Digito designare possim si velim: sunt
enim qui quum sibi pulchre docti videantur, vix
norint Joannem aliter scripsisse quam Latine.
Hæc Erasmus. Idem sub finem istius libelli
ita loquitur: *Jam illud mihi perpendas velim,*
optime Lector: quām est iniquum à sinceritate
Christiana, nulla de causa tam odiose debacchari
in famam alienam, idq; publicitus apud pro-
miscuam hominum multitudinem, & rudem
imperitamq; plebem seditionis clamoribus ad la-
pides provocare. Hac si facerent idiotæ, pote-
rat dari venia stultitia: ut facerent profani ita
fortassis prodigiosa non essent. Nunc hæc faciunt
qui inter Theologiae professores sibi præcipuas vin-
dicant, qui religionis professione singularem vitæ
sancimoniam pollicentur, qui mitra bicorni præ-
minent. Paulo item post: Tota vincendi spes
illis sita est in vociferationibus, in simplicitate
stultitiaeq; multitudinis. Ea fere non judicat.

Credit

104 EPISTOLA GRATULATORIA

Credit Theologo: credit cucullæ: credit suggestui
sacro, è quo solent audire Christi sermonem non
hominum virulentias. Illa omnia uno isthoc
loco vir admirandus & optimè de omni re
literaria atque Ecclesia ipsâ meritus. Ali-
bi similia plurima effudit. Quæ hic repe-
tere nihil attinet: præsertim quia jam tum il-
la quæ adduximus queant videri justo pro-
lixiora, & satis superque indicent causam,
quâ factum, ut Erasmi versio etiam plebem
alicubi commoverit. Et verò ceu mare ali-
quod tranquillum est si nullis ventis agitetur,
sævientibus autem demum procellis tumet
illud atq; sursum deorsum projicitur: sic & vul-
gus illud secundi ac tertii ordinis quod dixi-
mus sibi relictū mera plerumq; est quies, sed
ab iis qui in opinione aliqua sunt sive doctri-
næ sive pietatis concitatum incandescit, cæ-
coque impetu nonnunquam animis furit.

Igitur, PRINCEPS OPTIME, ne ab illo
quidem populo quem in secundam & tertiam
classem rejecimus, quidquam turbatum iri
Versionis Tuæ obtentu, probe novisti. Mo-

dò sci-

dò scilicet ille institutus fuerit, quantum inter
versionem omnem atque codices origina-
rios sit discriminis, quamve Lutheri etiam
nostrí interpretatio non ubivis fuerit sum-
mam assecuta perfectionem. Ita autem edo-
ctum jam esse populum, ecquis dubitaverit?
Gnarus sanè quam hactenus tranquilla fue-
rint in vulgo omnia, et si nunquam apud pro-
miscuam multitudinem cum fontium præ-
eminens auctoritas tum vulgatæ versionis
nostræ ægritudo fuerint dissimulatae. Si præ-
ter exspectationem turbetur alicubi, hoc
profecto fuerit tribuendum unicè improbi-
tati novæ τρόπος δημαγωγῶν: qui invidiæ Tibi cre-
andæ, PRINCEPS, nunc demum insolente
doctrinâ & effectis in odium calumniis po-
pulum deceperint. Tibi per summam in-
juriam imputetur si quæ orta fuerit commo-
tio. Si quid turbarum sit excitatum, illæsa
conscientiâ vindici Deo culpam omnem
abs Te committi posse, manifestum est.

Ut vero per partes eam cuncti illius, quo ^{ad 2.}
turbatam iri Versione Tua simpliciorum
quorumque tranquillitatem, quidam omi-

O nantur:

nantur : utique si cui istorum offendiculo illa fuerit, non abs Te, DUX OPTIME, id ~~excedat~~ datum ullaq; culpa Tua ; sed aut ex improbitate aut ex inscitia, ab ipso illo qui offensus creditur, impotenter est acceptū. Nec fuerit , quare vel libertatem Tuam vel pium & utilissimum institutum mancipes ejusmodi quidem improbae stoliditati: cum inscitia quidem illa facillimæ sit correctio- nis, & si persistet affectatam esse meritò sit ju- dicandum. Velut improbitati autem ita nec inscitiae affectatæ cedere sapientis est, multo minus in Christiani Principis est officio. At vero vulgus profecto ne possit Versione Tua induci, uti credat defuisse hactenus sibi ad sa- lutem æternam parandam sufficiens Divi- num verbum, satis utiq; est cautum. Quoniam nempe nunquam habita est vel coram vulgo Versio Lutheri omni ex parte authentica: nunquam apud multitudinem dissimulati sunt ejus versionis quidam nævi. In iis ve- ro quæ aperte & saepius in Scripturis, citra controvrsiam certis, sunt repetita, contineri -mo msbiwp , mscnllupn .
saluta-
nibus

Salutarem
esse, haec
Tua versi
Quod sic
hereant,
listas & A
autum
ceri pos
PRINC
debueri
aut per
rat disce
endum

Mu
usum p
sine om
te. Si
non un
neque j
tuari; n
citatetu
Ecclesiæ
fioni pri

salutarem doctrinam, & solam illam satis esse, hactenus constanter est traditum: neque Tua versione vel tantillum hic mutabitur. Quod si etiam sic superfuerint nonnulli qui hereant, (ut fortassis haud desunt qui Evangelistas & Apostolos Germanice omnia scripsisse autumant) hi facilissimo negotio rectiora doceri possunt. Si non doceantur, haud Tuæ, PRINCEPS, culpæ, sed vel eorum qui docere debuerunt in scitiæ aut malitiæ, vel socordiæ aut pervicaciæ eorum quorum in officio erat discere & bene monitis obsequi, id tribendum est.

Multas porro olim in Ecclesiæ ipsiusmet ^{Ad 3.} usum publicum traductas novas versiones sine omni populi motu, ostensum est luculente. Si itaque idem abs Te fieret, PRINCEPS, non unum profecto exemplum sequereris: neque jure propterea populus posset tumultuari; nisi scilicet à seditionis demagogis concitaretur. Tibi verò certum est, in publicis Ecclesiæ sacris nihil novare: sed receptæ versioni pristinam suam dignitatem pristinum-

O 2 quelo-

que locum servare ibi integrum. Placet vi-
Hieron.
prefat. in
Parali-
pom. delicet illud Hieronymi: Quod semel aures
hominum occupavit, & nascentis Ecclesia ro-
boravit fidem, justum est & nostro silentio com-
probari. Placet exemplum veteris Ecclesiae,
quæ maluit Psalterio uti in sacris conventibus
minus bene verso, quam aliud emendatius
adhibere, ne quid piis auribus insolens can-
taretur. Igitur in Tui, PRINCEPS, Ducatus
Ecclesiis publicè quidem legetur Scriptura
impostorum iis quibus antehac verbis: non
aliter quam hactenus cantillabitur: non ali-
ter facile ducetur in testimonium. Ut alibi
secus fiat ne optas quidem. Quidnam Tu
commodi habeas propositum, prolixe jam
tum prosequutus sum. Illud omnibus pa-
tebit si velint uti: si malint carere, neminem
urgebis.

Pag. 43.
n. 92 ad
34.

ad 4.

Quæ vero est ingratitudo in Lutherum;
si non omnia versionis illius approbentur?
Ne quidem ingratitudo fuerit, si disertis ver-
bis nonnulla oppugnentur. Non hanc no-
tam profecto Origenes & Hieronymus,
non

non Lucianus aut Hesychius jure subierunt,
qui Septuaginta translationem tot modis ac-
cusaverunt & mutavere. Nemo ingratitudi-
nis patrum nostraque ætate postulavit quen-
quam, eo quod à Luthero sese ille dissentire
palam sit professus. Et verò aberrantem
quemque modeste in viam reducere, humani-
tatis semper visum est officium, & laudem
meruit non reprehensionem. Superbe cespiti-
tanti cuiquam levem obnoxiam insultare,
aut culpam omnem resecare ad vivum, hoc
vero crimen est: in bene cæteroquin meri-
tum sic animadvertere, summa est & intolera-
bilis ingratitudo. Tu vero, SAPIENTIS-
SIME PRINCEPS, non permittis vel ver-
bulum aliquod in Lutherum dici asperius:
non permittis, ut ulla parte versio illius per-
stringatur: imo non permittes ut translatio
isthæc vel una vocula tangatur. Promi cu-
ras Tua citra levissimam Lutheri reprehen-
sionem, imò citra dissensus ullum aliquod
indictum. Tantùm abest itaque contume-
liâ abs Te affici Lutherum, ut modestissima

O 3

etiam

110 EPISTOLA GRATULATORIA

etiam quavis animadversione, qualesque in
sacris concionibus penè omnibus audiun-
tur, facias abstineri. Non est mirum autem,
improbas animas jam tum trahi in suspicio-
nes istas, quandoquidem æque sinistris rumo-
ribus gravatus fuit ipse S. Hieronymus, quum
novam ex Ebræo versionem depromeret. Hinc
sane ille in omnibus pene suis in libros Bibli-
cos à se translatos præfationibus hanc inju-
riam stomachatur. In Altera contra Ruffinum
Apologia in hæc verba prorumpit indigna-
bundus. Egone contra Septuaginta interpretes
aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos
diligentissime emendatos me & lingua & studiosis de-
di, quos quotidie in conventu fratrum edissero,
quorum psalmos jugi meditatione decantο? Tam
stultus eram, ut quod in pueritia didici senex obli-
visci vellem? Universi tractatus mei horum
testimoniorum texti sunt. Commentarii in duodecim
Prophetas & meam & Septuaginta editionem
edisserunt. Hæc ille. Quibus gemina merito,
PRINCEPS, etiam opposueris illis qui cani-
num dentem Tibi intentant, nisi indigni sint
quos

quos vel baculo repellas. Satis nempe est. quod
rcs ipsa sit ostensura, non in fugillationem Lu-
theri nova Te pro veteribus cudere, non la-
bores Tuos novos reprehensionem esse anti-
quorum, non interpretationem Tuam inse-
stationem interpretis Lutheri, non nova
Te curasse strui ut vetera destrueres. Liceat
enim utique verba ejusdem Hieronymi, qui-
bus ille passim se tutatur, in Tui, PRINCEPS,
defensionem mutuari.

Sed relinquamus tandem bonos illos sim-
pliores, quorum offendiculum usque adeo
scilicet metuitur: pergamus ad periculum
quod à doctorum certaminibus Ecclesiæ
impendet. Contendent, inquiunt, docti im-
posterum, pro vetere alii, quidam pro nova
versione. Si ea qua pars est modestia hoc eru-
diti in scholis egerint, quid hinc incommodi,
quid periculi? Sed agitabunt hæc apud po-
pulum in sacra quavis corona. Illi verò aut
arrogantes fuerint aut perquam stolidi. Non
enim isthæc faciunt ad oīkodōmū, sed vel ad
turbanum populum vel in yanam ostenta-
tionem

tionem peritiæ linguarum. Si quem titillat tamen hæc gloria, disputet talia modeſtè, disputet ceu virum doctum decet, citra cuiusquam contumeliam, imo citra mortum. *Ludat in Scripturarum campo sed sine cuiusquam dolore,* ut Hieronymi utar verbis. Hoc unum rectum est & æquum. Et hactenus Versio Tua nihil dissidii, nihil damni pariet, ut ut mota fuerit disputatio. *ἀγαδὴν δὲ τοιούτην θεοῦ βεργίαν:* dicebat de ejusmodi quidem æmulationibus olim Hesiodus. Est tamen genus hominum quod non disputat sed rixatur: non alloquitur dissentientem sed allatrat: non docet sed calumniatur: non veritatem sectatur sed victoriam: cui nemo est intelligens præter se & sui admiratores: plebis judicio multum sapiens, suo nihil neſciens: infensem omnibus, quos suspicatur ſcire quidquam ſibi quod ignotum: ſuspicax adeo ut ſub omni lapide juret ſcorpium latere: adeo malignum, ut nihil tam innocenter poſſit dici quod non perversa interpretatione in odium adducat. Hos homines reperiri,

reperiri hodie plus satis frequentes, multo
usu compertissimum habes, PRINCEPS SA-
PIENTISSIME. Nec vero Te fugit, quām
calente furno alibi convitia, calumniæ, men-
dacia, in viros de Ecclesia optime meritos, &
cum summæ doctrinæ tum eximiæ pietatis,
excoquantur. Ipse expertus es, quām sinistris
rumoribus sanctum Tuum Harmonicum o-
pus à virulentis illis ingenii fuerit exceptum.
Nec ignoras, quidjam tum nonnemo sit ausus
moliri in Tralationem Tuam, nec instituti nec
operis ipsius ullâ accepta certâ notitia. Infelix
si talem nactus fuerit suis calumniis judicem
defunctus, qualis ipse jam est innocentium.
Hoc *legitimum* genus est sanè bonis omni-
bus metuendū. Quidni enim caveat quis sibi
à rabioso cane? Metuendum autem eò magis
illud est, quo magis est sæpe circumdatū titu-
lis reverendis, & zelum divinæ pietatis habet
in ore. Et sane zelus est quo agitantur, sed *zelus* Jac. 3.
amarus, & comite quidem *scientia*, ast *terrend*, v. 14.
animali, ac *dæmoniaca*: zelus est, sed qui simul est
scelus: zelus est, sed ille quem sanctissimus Na-
zianzenus jam olim deploravit, inquiens:

P

Z. 10

114
Nazianz.
carm. de
vita sua.

EPISTOLA GRATULATORIA

Zηλός δὲ τῆς λύτρας δεσμὸν ἀθέτουσι
Αὐτονίν τὸ δύστον, οὐχ ἔνομα μένον ἐλεφθυ.
Zelus Dei solvit inique vinculum
Concentumq; caritatis, cuius nomen dantaxat
est reliquum.

Quin hōs homines Tuo etiam piissimo insi-
tuto, PRINCEPS OPTIME, sis infestos
habiturus, prudenter jam tum ne dubitas
quidem. Recte autem spernis omnia illa,
nec pateris illorum minis dimoveri Te à pro-
posito. Nec enim quidquam egeris quo illos
queas placare, nisi à proposito destiteris. Id
verò si feceris, nihil certius quām Te contem-
ptum iri. Scilicet

hoc Itbacus velit & magno mercentur Atrida.
Si ex adverso perrexeris, ringentur quidem
& frement: sed frustra. Viētrix tandem tri-
umphabit veritas: & laudabunt pii, boni, do-
cti tanto magis opus illud Tuum, PRIN-
CEPS, quo magis ab illis inscitiae molossis
infestabitur. Io! παρδαμάτως οὐ δύνεται.

v. Verum & quartæ objectioni satis, nisi fallor,
jam est factum. Consequens est, ut consilium
contupni, αὐτοὶ οὐκ οἴστε, Tuum,

Tuum, PE
terprete qu
petitionib
adducere
Tuum di
quandoqu
es usus, u
nimvero
nonnullis
fuerim,
intrepide
Celsitudi
nominib
Joannes
lium lite
Professor
parens m
is amor
operam
uit non a
rendo vix
eroquin i
Herrui sa

AD DVCEM AVGVSTVM.

Tuum, PRINCEPS SERENISSIME, de interprete quem elegisti defendatur ab illis im-
petitionibus, quas QUINTO loco nonnulli adducere in medium haud dubitaverunt.
Tuum dico consilium vindicandum est:
quandoquidem nemine consultore hac in re
es usus, ut uni Tibi omne hoc debeatur. E-
nimverò iniquè & per calumniam ab invidis
nonnullis imputari mihi, quasi ego auctor
fauerim, Teque ut hunc eligeres impulerim,
intrepidè audeo equidem ad testimonium.
Celsitudinis Tuæ provocare. Multis etenim
nominibus longe mihi quidem est carissimus
Joannes Saubertus, SS. Theologiæ & Orienta-
lium literarum in Julia hac Academia Tua
Professor, nec ut generum sacer sed ut filium
parens maximo illū jure amo ac diligo; verū
is amor me potius deterruit ab ejus in istam
operam laudatione. Primùm enim non po-
tuit non animo obversari ingens labor, cui fe-
rendo vix millesimus, quamvis exactissima cæ-
teroquin interpretandi valeat peritia, par sit.
Horruī sane ego sub initium ad tanti oneris

P 2

molem,

116 EPISTOLA GRATULATORIA

molem, ac proinde maluissem alteri imponi.
Quin imò veritus sum, ne quid valetudo Sau-
berti & res domestica à tanto labore capiat in-
commodi irreparabilis. Non latuit me porrò
humani ingenii indoles. Quanta nimurum
vis sit invidiæ & obtrectationis, cum in o-
mnes qui rem magnam audent aggredi, tum
præcipuè circa negotium hoc sacrum. Ete-
nim quæ tanquam Tibi objecta, PRINCEPS
OPTIME, hactenus agitavi, illa profecto
spicula omnia in Saubertum meum non mi-
nore si non majore violentiâ jaciuntur. Quin
imo singulæ versionis partes ipsi soli imposte-
rum tuendæ erunt. Unus ille impugnabitur
si qua erratum videatur. Uni illi cum rixoso
isthuc hominum ordine contendendum e-
rit, si vadimonio deserto famam in discri-
men vocari nolit. Jure sane quem terroruerint,
saltim exempla cunctorum interpretum,
magnorum licet & præstantium virorum,
quibus omni vita cum æmulis fuit litigan-
dum. Nec enim improbos Tua auctoritate,
PRINCEPS, coercitos iri, documento fuerit
vel

vel unus Erasmus: quem ipse Leo X Papa, quo tempore in summo fastigio Pontificia dignitas erat posita, binis laudationibus publicis à virulentia adversantium tueri haud valuit. Jam verò & in universum omni illi qui grande aliquid & præclarum molitur, ab aliis, qui reapse multum impares affectant tamen primas, quoniam male sibi conscij, alienam industriam suæ ignaviæ, alienam peritiam suæ inscitiæ, alienam virtutem suorum vitiorum, alienam gloriam suæ infamiæ, Principalem aliorum favorem sui contemptus, aliorum elevationē suæ vilescentiæ, exprobationem interpretantur; invidetur, detrahitur, clam palam, ut superbis atq; ambitiosis: quia scilicet non perinde ut ipsi nihil præstantisdoctrinæ sibi comparavere, non otio se dedunt, nō ludunt aëta aut chartis, non potant, comescantur, epulantur, equitant, huc illuc splendide vehuntur, imò quia videntur sese nō abjecturi ad ipsorum pedes & adoraturi suas fastu eurgidas vanitates. Cum commune autē hoc sit, non poterit profecto non & Sauberto meo

118 EPISTOLA GRATULATORIA

impendere. Imo quid jam tum machinen-
tur nonnulli, haud fugit sapientiam Tuam,
PRINCEPS OPTIME. Tantæ autem
malorum conspiracyi, quotusquisque par-
fuerit? Quotusquisque non succumbat? Quem
non terreant à præclaris institutis? Ne quid
dissimulem, amor generi me quoque timidi-
orem reddidit. Adhoc ea me Ebrææ linguae
ignorantia laborare, agnovi dudum ultrò, &
sponte sum professus apud Te, PRINCEPS;
ut de Sauberti peritia atq; ad interpretandum
aptitudine certi quidquam promittere non-
potuerim. Utq; potuisse, ne tamen vellem
arcta illa necessitudo vetuisset: consciū me
videlicet, quām soleat paternus affectus nimis
benignè plerumque de suis judicare. Hinc
sane non tantum in hoc opus non commen-
davi, PRINCEPS, Saubertum meum, sed Cel-
situdini Tuæ suasi etiam uti prudenter caveat;
neve decipiaris, saltim specimine novæ Tuæ
versionis ad eos, qui in Germaniâ nostrâ ma-
gnum præ aliis sibi nomen literaturæ illius
& interpretatoriæ artis peritiâ comparavere,

trans-

transmissio
& procul
laudari no
stuti Tui,
eo magna
ribus, com
mine, in
CEPS, co
mnis glo
etiam nu
Et ve
vernacul
re institu
huic exp
Idq; qua
curation
dis libell
ses: eoq;
etiam ill
Censuris
men ex c
confirmat
tus sit, e

transmiso, explores aliorum procul amore
& procul odio eruditissima judicia. Igitur ut
laudari non mereor autor pii & magni in-
stituti Tui, PRINCEPS OPTIME, ita profe-
cto magnâ injuriâ meâ à malignis obtrectato-
ribus, commendati in versionem Saubertino-
mine, in odium adducor. Uni Tibi, PRIN-
CEPS, consilium debetur. Unum etiam Te o-
mnis gloria manebit: quoniam ut solus omnia
etiamnum disponis & curas, ita solus cœpisti.

Et verò jam ante annos complures novam
vernaculam versionem Tuis auspiciis exhibe-
re institueras PRINCEPS: sed aptum deniq;
huic explendo desiderio Saubertum judicasti.
Idq; quandoquidem & multis quæstionibus ac-
curatiore translatione expediendis, & verten-
dis libellis Ebræis aliis promptissimū inveni-
ses: eoq; factō periculo judicasses eum magno
etiam illi & dudum optato labori idoneum.
Censuris super illud, quod modò dixi, speci-
men ex omni Germania acceptis, factus es
confirmatior. Etsi enim unus alterque subve-
ritus sit, ea quæ loco quarto sunt à me exami-
nata.

nata, peritiam tamen insignem interpretis omnes laudavere; quamvis nemini ille esset notus, nisi forte unus & alter conjectando rem sit assecutus.

Quæ à nonnullis autem fuere mota: non uni, aut non nisi proiectæ ætatis homini, nec nisi vacuo, rem tantam rectè committi posse, similiaque; illa ut animo bono proposita benignè quidem excepisti, non tamen fuere ullius visa ponderis.

Etenim haud ignoras, PRINCEPS, quanti sit illud *οὐώ τε δύο ἐγχομένω*: simul vero novisti, semper id necessum haud esse, nonnunquam esse etiam damnosum. Et sanè tametsi Testamentum Vetus Græce olim initio Septuaginta senes verterint, vertit tamen post etiam unus Aquila, unus Theodotion, unus Symmachus. Latine unquam conjunctâ operâ versionem aliquam olim quidem institutam, nemo tradidit: unum Hieronymum vertisse sine comite, certum & notum est. Sine socio avorum memoria confecit translationem suam Latinam Santes Pagninus

Pagninus, fecit & Sebastianus Munsterus. Ti-
gurinam versionem Latinam solus Leo Judæ
fere omnem, & post obitum illius Theodorus
Bibliander solus partem reliquam absolvit.
Novum Testamentum Latine ex Græco ver-
terunt nullo adjutore Erasmus & Beza.
Vernaculam Germanicam utriusque Testa-
menti translationem consociatâ quidem o-
pera antehac Tigurinæ Ecclesiæ ministri, &
post nonnulli in Batavis dederunt ex Ebræo:
solus tamen idem citra controversiam egit.
Joannes Piscator, soli ex Latinâ vulgatâ J. Di-
thembergius, Joannes Eckius, & Caspar Ulen-
bergius fecerit idē. Sed & Lutherus noster plæ-
raq; transtulit solus. Utq; interdum, præsertim
in solemini illa versionis suæ recensione, et
iam alios adhibuerit in consilium, illius unius
tamen sententiâ vel steterunt omnia vel mu-
tavere. Eoque semper illa versio unius Lu-
theri nomine audivit: & solum ille se auto-
rem professus est. Quod si ad alias gentium
Europæarum vernacula Biblorum versiones
respiciamus, paucissimas profectò fuerit re-

Q

perire

122 EPISTOLA GRATULATORIA

perire quæ multis debeantur, plæræque unum eundemque auctorem habent. Quam parum interest porrò inter novam versionem & integri operis sedulam recensionem? At verò Origenes utique solus infinitis locis aliam, suisque obelis atque asteriscis pene novam, reddidit translationem της ἑβδομήνιας. Recensuere eandem sine aliorum opera Lucianus, & Hesychius: avorumque tempestate præstítit idem sua interlineari versione circa Sanctem Pagninum Benedictus Aix-montanus. Tot profecto exempla liquido demonstrant saltim, quod non sit necessarium ut omnis Bibliorum translatio multis auctoribus peragatur. Notum porro est, quæ si sèpenumero invidiæ & emulationum interfocios violentia: & fieri ægre posse ut omnes convenient, si quidé desit unus aliquis eâ pollicens auctoritate, quæ par fuerit cunctis in officio continendis. Hoc in omni vita venire usus solet. In civili cum primis societate, hac præcipue de causâ, multis populis plenas monarchias non utiles duntaxat sed & necessarias esse,

esse, dud
annotatu
tum obtin
Ipsi Rom
num ren
pus (Gr
inde in
Princip
runt. I
rard fel
proceda
munia
Si part
interp
tia qu
& sèp
mium
vis ædi
navere
nihil ve
in una
cum Ar
illam fu

esse, dudum à prudentioribus Politicis est
annotatum. Ut Homericum scilicet illud
tum obtineat:

εἰς κοίραντος ἔσω, εἰς βασιλεὺς.

Ipsi Romani in exorbitantis suæ libertatis u-
num remedium, initio dictaturam ad tem-
pus (Græcos imitati qui *αισχυνήτας* in id sub-
inde instituerunt) denique perpetuum sub
Principatus nomine unius dominatum subie-
runt. In bello si plures uno sint imperatores
raro feliciter pugnatur. Accedit quod lente
procedant quæ à pluribus sunt agenda; & com-
munia negotia communiter soleant negligi.
Si parva licet componere magnis, etiam ab
interpretum societate non sunt aliena vi-
tia quæ omnium sunt. Homines sunt:
& sæpe infirmitatum humanarum plus ni-
mium habent. Septuaginta seniores quam-
vis ædiculis separati omni ex parte si conso-
navere, portentum fuit. Sed hoc quidem
nihil verisimilitudinis forte habet. At vero
in una basilica si fuerunt congregati, quod
cum Aristæo Josephus refert, mirum tamen
illam fuisse inter eos concordiam, ut septua-

Q 2

ginta

124 EPISTOLA GRATULATORIA

ginta dierum spacio vel in unius Pentateuchi interpretationem convenire potuerint. Nisi sanè unus præfuerit collegio illi cum summâ auctoritate, perinde ac Lutherus illis suis in recensione assessoribus, forte adūrari id fuerit. Nihil horum Te fugit PRINCEPS SAPIENTISSIME. Igitur cum intelligeres, primò neutquam esse necessarium ut pluribus uno vertendi negocium committeretur, deinde nec ad manum multos esse id qui aut velint aut possint agere: in primis vero cum non ignorares studia & affectus æmulantium, prudenter sane ab uno maluisti expeditum dari, quod à pluribus vel nunquam vel ægerrime fuisset confectum. Nec vero possunt illi uni deesse, qui in medium consulant citra omnem æmulationem & invidiam, ex vetere & nostro ævo quamplurimi: muti illi quidem, omnibus tamen clamatoribus posteriores: qui vel ipsi jam vertendo präiverunt viam, vel de singulis voculis & phrasibus sententiam dixerunt. Quos inter socios sedens interpres Tuus non profecto solus est relictus.

Multo

Multo
cum conf
cum iis, c
columnæ
fuisse cer
tur. Ut
jam ante
viris do
jure rem
à me jan
nonnulla
proinde
quoquam
elle.
Jam &
tate inte
merito
interpre
mihi hac
rit à prud
solos sene
benè adeo
à vero su

Multo minus autem probare potuisti illorum consilium, qui de ipso operis instituto cum iis, qui per Germaniam creduntur esse columnæ Fidei sinceræ, prius deliberandum fuisse censuerunt, quām manus admovereatur. Utique enim illud Tuum propositum jam ante complures annos agitaveras cum viris doctis: probeque noveras, nihil quod jure remoretur posse objici, præter ea quibus à me jam responsū est; immerito etiam nonnullos credi esse quod perhibentur, ac proinde illos quidem in consilium vocari à quoquam prudente, nec posse nec tutum esse.

Jam & qui taxant, quasi non proiecta satis ætate interpretem adsciveris, illos, PRINCEPS, meritò velles definivisse simul annos justos interpretis cujusque Biblici. Et vero nec mihi hactenus quidquam occurrit, quod fuerit à prudentibus isthac de re definitum. Qui solos senes in id aptos crediderint, quoniam benè adeo id cessit olim senibus septuaginta, ii vero suaviter & ridicule erraverint. Ut

Q. 3

enim

126 EPISTOLA GRATULATORIA

enim dignitate senes fuerint, ætate tamén etiam fuisse tales, nec Aristæus, nec Philo, nec Josephus, nec quis veterum alius memoravit. Nec quisquam celebrium interpre-

*Adam. in
vita Dra.
con.*

tum illam ætatem expectavit. Draconites jam septuagenario propior demum sua Pentapla aggressus est edere; sed pleraque dudum confecerat, utpote cuius versionem

jam anno tricesimo sexto seculi superioris fuisse in exspectatione, constet ex iis quæ præfatus est in suas Animadversiones versionis

Lutheranæ Georgius Wicelius; & deseruit

*Idem in
vita S.
Munsteri* illum longioris ævi vana promissio. Munsterus translationem suam Testamenti veteris

anno ætatis tricesimo sexto vulgavit, Lutherus N. Testamenti nondum quadragenarius.

*Hieron.
Apol. 2.
ad Ruff.* In ea quæ Hieronymi nomine facta olim fuit Epistola, quasi in pænitentiam factæ ex Ebræo versionis, scriptum fuerat: *se ab Hebrais in adolescentia inductum esse, ut Hebræa volumina in Latinum verteret. Sed nec, licet olim non nisi ætate sera ad illam quæ in translatore requiritur peritiam perveniri forte potuerit, etiam id*

id hodiè est necessarium. Nec enim tum nisi admodum rara, ad Ebræi quidem sermonis notitiam, adminicula fuere. Hieronymo Judæi bini fuerunt identidem rogandi: exiguo tamen suo fructu, ut ipse conqueritur. Idem & à Lutherò nostro & à Munstero consuli debuerunt. Fatetur autem uterque, non satis factum esse suo desiderio, nisi quod Munstero profuerit Elias. Superest Capnionis Libro 2.
 Epistola de imperitia Judæorum Germanico-
 rum: Joannes autem Forsterus longe adhuc
 magis isthoc suo præceptore est de Judæis
 conquestus. Quanta vero hodie suppetit co-
 pia librorum omnis generis; unde etiam:
 stupidor quisquam, brevi temporis spacio,
 nullo adjutus magistro vivo, sibi exquisitam
 omnium ad translationem utilium cogni-
 tionem comparaverit! Quām parvo sumptu
 hodie in id necessaria omnia queunt accipi!
 Nihil verò horum jam dudum Sauberto de-
 fuit. Omnia ipsi abunde fuere ad manum.
 Ad hoc jam adolescens admodum doceri vel
 à Parente potuit harum literarum peritissi-
 mo: na-

Epistolar.
illustre.

Forst, pro-
emio in
Lex.

mo : nactus vero jam tum est & magistros
cum Theodorum Hackspanium tum Joa-
nem Michaëlem Dilherum, maximos pro-
fecto isthoc in genere doctrinæ viros, qui-
que adeo scriptis ejus argumenti editis æter-
num sibi nomen ad omnem posteritatem
pepererunt. Tu vero, SAPIENTISSIME
PRINCEPS, illis rigidis annorum exacto-
ribus, simul atque audivisti, reponere jussisti
illud Jeremiæ: *Et dixit Jehovah ad me: Ne di-
cas puer sum: quoniam ad omnia ad qua mittam
te ibis, & universa qua præcipiam tibi loqueris:
ne timeas à facie eorum: quia tecum sum ut
cripiam te, dixit Jehovah.* Flaccus etiam vafre-
risit illum,

qui virtutem æstimat annis.

Hieron. Nec tulit Hieronymus, ita ingenium quasi vi-
praf. in num probantes. Nec S. Apostolus Paulus Timo-
Pentat. thei sui juventutem despici passus est: quin
ad Desid. imo illum Ephesiorum Ecclesiis Episcopum
Paul. 1. præficere adhuc *vwrtēgy* haud dubitavit. Ini-
Timoth. 4. quissimum sane fuerit, si stupidis profectum
W. 12. præcocium ingeniorum ex sua indole æstima-
re per-

*Ier. cap.
1. 6.*

re permittatur, aut si felicem aliorum institu-
tionem suspectam reddere suo exemplo li-
ccat seris studiorum.

Fuere autem præterea, qui eam trans-
latori eruditionis vim inesse oportere obten-
derunt, qualem in Sauberto non reperiri,
haud aperte quidem professi sunt, sic satista-
men indicavere. Tu vero, SAPIENTIS-
SIME PRINCEPS, nec illos Tibi audien-
dos censuisti: quandoquidem visi sunt in
scirpo nodum querere ac tricari, imo palam
iniquos sese ostendere. Nec enim ignoras
quidnam in optimo aliquo interprete jure
requiratur: nonnullos autem illorum censorum
vidisti id postulare quod olim nemo
prudens exegit, neque ulli fortè interpretum
adseruit. Unde quaque absoluta videlicet re-
rum omnium cognitio (quale quid non-
nulli desiderant) nemini mortalium conti-
git. Utque plurima quis sciverit, quantum
superfuit tamen semper quod ignoratum est!
Aut nulli igitur ferendi interpretes, aut ini-
qui illi sunt exactores. Alii mitius sola do-

R

gmatum

130 EPISTOLA GRATULATORIA

gmatum divinorum omnium notitiā contem-
tos sese, affirmavere : ad illorum autem nor-
mam dirigendā omnino versionem. Cæterum
illam peritiam interpreti Tuo Ω ΣΕΒΑΣΤΕ
deficere, sine causa suspicari illos, novisti. Mi-
hi autem non facile illi demonstraverint, eam
esse necessariam. Quod sane addunt, id vero
iniquissimū est & neutiquam ferendum. Nec
enim pro normā versionis placitum quodq;
sed pro dogmatum norma potius versionem
esse oportet. Lesbiam sane regulam esse Scri-
ptruram necessum sit, & namum cœcum, illos
si audimus. Hoc ipsum in Aquila Symma-
cho & Theodotione vetus Ecclesia damnavit,
quod dum ad Iudæorum aut Judaizantium
hæreticorum sententias flecterent transla-
tionem, veros sensus corruperint. Hoc no-
mine alii Bezam & Piscatorem, quidam &
vulgatum graviter incusavere : & nostrū
quam multi B. Lutherum ab illa imputatio-
ne contra adversarios defendere coacti sunt.
Absit igitur, ut heic Tuus quoque, PRIN-
CEPS, translator impingat. Imo ut hac parte

sibi

Sibi caveat, & bonâ fide nihil non transferat,
pie pariter ac sapienter jussisti.

Sed quid ego pugnare pro Tua, PRINCEPS, de Sauberto meo estimatione pergo? Est utique succus Ioliginis & mera ærugo, suspectum velle reddere quod sibi nec oculis est visum. Ne plagulam quidem ullam millesimus illorum censorum vel inspexit, & tamen judicat. Risit olim Seneca Claudium, Sen. Apo-
quod parte unâ auditâ interdum & neutrâ cologynth. sententiam tulerit. Mirum ni & Tu, AUGUSTE PRINCEPS, sibilo imposterum excepferis illos Tuos deos cucurbitarios, ut Hieronymiano utar verbo. Exspectent igitur suspicaces illi obtrectatores, donec prodierit versio in lucem. Ne damnent quidquam antetempus. Legant prius, ajebat Hieron. ronymus suis, prefat. in Et postea despiciant; ne videantur, non ex iudicio sed ex odio presumptione, ignorata damnare. In illâ tamen multitudine eorum qui iam tum acuunt dentes, miseret me subinde, ne quid dissimulem, Sauberti mei. Animat me duntaxat, quod nihil ille agat nisi

R 2

Tuo

132 EPISTOLA GRATULATORIA

Tuo jussu, AUGUSTE DUX, qui à Deo ipse
 datus es Princeps ac Dominus: ut in Tuo
Hier. ad mandato quasi Deum ipsum audierit. Sciens
Esaiam. cæteroquin \mathfrak{G} prudens in flamnam misericit ma-
 num. Eredit me quoque exemplum maxi-
 morum utique virorum, Hieronymi, Erasmi,
 Lutheri ipsius, aliorumve, quorum infinitæ
 sunt adversus iniquos obrectatores apolo-
Idem pr. altera in Iob. giæ. Si aut fiscellam junco texerem, aut pal-
 mularum folia complicarem, ut in sudore vultus
 mei comederem panem, dicebat sanctissimus
 Hieronymus, \mathfrak{G} ventris opus sollicita mente
 pertractarem, nullus morderet, nemo reprehen-
 deret. Nunc autem, quia juxta sententiam Sal-
 vatoris, volo operari cibum qui non perit, \mathfrak{G} an-
 tiquam divinorum voluminum viam sentibus
 virgultisque purgare, error mihi geminus infi-
 gitur: corrector vitiorum falsarius dicor, \mathfrak{G}
 errores non auferre sed serere. Idem si con-
 tingat Sauberto (futurum autem non equi-
 dem dubito) Deus ille veritatis & recti, qui
 præclaros olim viros in tutelam suam susce-
 pit & tandem obmutescere fecit latrantes
 molosso

molossoſ, iſpi quoque adſit in Eccleſia com-
modum. Evidem quod à Paulā & Eusto-
chio, quarum rogaſu Danielem verterat,
fieri quondam ſibi voluit Hieronymus, pro
Sauberto meo fundo ad 'Dominum preces, ut
Hieron.
quamdiu in hoc corpusculo fuerit ſcribat aliquid, *pref. in*
Daniel.
gratum SERENIſSIMÆ CELSITUDINI
TUÆ, utile Eccleſia, dignum posteris. Pra-
ſentium quippe oblatrantium judiciis, nec ego
multum moveor: qui in utramque partem aut
amore labuntur aut odio.

Perveni ad id quod ultimo loco cauſati
ſunt nonnulli. Laudandi meritò, ſi id quod
ore profeffi ſunt ſentiant animo. Hoc eſt, ſi
ſenectuti Tuæ, CELSISSIME PRINCEPS,
consultum velint in longitudinem molli
aliquâ tranquillitate & laborum abſtentia.
Quamvis enim nonnunquam imprudens
conſilium ſuggeratur, conſulentis tamen
animus nihilominus amore ac ſuam lau-
dem non perdit. Vereor autem ut omnes
ſincerâ iſthac ſint mente, & non potius ſpe-
cioso quodam obtentu veſtent ſuum deſide-

VI.

R 3

riūm

rium sacros illos conatus Tuos sufflaminandi
aut removendi Esto tamen: cupiant omnes se-
riò id quod prese ferunt: nec enim cuiquam
suspicionibus ero gravis. Consilium tamen
illud & ipse Tu risisti, SAPIENTISSIME
PRINCEPS, & non potest non quilibet
paulò prudentior improbare. Primùm e-
nī solus ille labor qui macerat animum,
quique vires corporis exhaustit, nocet valetu-
dini & vita detrahit. Qui delectat autem nec
corpus affigit, is commodat sanitati, & vitam
prorogat ac refocillat quasi aliquo suavi
condimento. Hoc non duntaxat ætati pri-
mæ aut mediæ, sed etiam senectuti ipsi quam-
vis seræ convenit. Torpor & desidia non
proiecto minus ævo quam juventæ nocet.
In hoc omnium præstantium Medicorum
diuinulà precepta consentiunt. Et jam pri-
dum usus docuit, longævos quoisque indefessi
simul laboris fuisse: ignaviâ & otio homi-
num etiam robustorum annos corripi solere.
Constat verò etiam hoc, quod grata cum-
primis illa nobis sint quibus assuevimus.

Et

Et robustis quamvis ac juvenibus insolitos
quosvis labores graves esse, solitos vero etiam
ab invalidis & senibus facile tolerari: jam tum
principi Medicorum Hippocrati fuit & ob. ^{Aph. 49^a}
servatum, & monitum ad posteritatem. Imò ^{scit. 3.}
idem ille longo usu & suo & majorum jam
didicerat, ac proinde professus est, quæ longo ^{Ibidem}
tempore sunt consueta, quamvis deteriora fue- ^{apb. 50^a}
rint, minus iis quæ insolita sunt solere molesta
esse. Cujus rei caussam etiam ipsam Gale- ^{Gal. I. de}
nus eximie est persecutus. Quibus utique ^{consuet.}
omnes consentiunt Medici paulò doctiores.
Jam autem perpetuo labori à teneris usque
omnis vita Tua, PRINCEPS, assuevit.
Otiosum Te nemo vidit. A gravibus & tri-
stioribus negotiis solutus, & quasi otiosus,
nunquam tamen minus in otio fuisti. Stu-
dia ac libri perpetuum ab infantia usque
fuere vitæ Tuæ condimentum. Iis impensâ
diligentiâ quemadmodum jam adhuc ado-
lescens senem laboriosissimum Martinum
Crusum in admirationem olim traxeris, lu-
culentè utique ostendit ejus Epistola, quam
excitan-

136 *EPISTOLA GRATULATORIA*

excitandæ juventuti nostræ, libro quem de
Helmestadio edidi, anno jam proximo adjeci.
Ea in parte nemini mortalium Te cedere,
æterno testimonio esse poterit Augusta
Bibliotheca Tua; quam multis modis sine
omni esse exemplo & unice admirandam,

*Epist. ad
Bosneb.*

*et Tim.
iii. 15.*

alias demonstravi. Etsi porrò nullum do-
ctrinæ genus non attigeris, sacram tamen
& à Deo ipso nobis traditam in primis sem-
per coluisti. Nec enim intra parietes duntaxat
privatos hanc quotidianam operam à teneris
annis (jure enim dici de Te potest quod de Ti-
motheo Paulus, *ad puerum Te sacras literas no-
vissimæ*) usque huc exerces, sed etiam prolixis
& doctissimis editis libris Evangelicam sa-
pientiam illustrasti. In medio est Harmo-
nica Tua paraphrasis, cùm sacræ historiæ Pas-
sionis Salvatoris nostri, tùm pericoparum
illatum Evangelicarum quæ feriis Domini-
calibus jam ab aliquot seculis sunt consecra-
tæ. Incidit nuperrime, hactenus mihi igno-
ratus, libellus in manus meas, quo Sacræ
Scripturæ universæ Breviarium summo stu-

dio à

dio à Daniele Cramero confectum, non dunt
taxat quale jam erat, sed & Tua cura recensitū
ac multis locis auctum, nomine dissimula-
to, sigillatim in usum publicum anno abhinc
uno post quadraginta edidisti. Taceo quæ
vulgata nondum sunt id genus multa Tuæ:
interque ea tot cum doctissimis quibusque
Germaniæ nostræ Theologis, de rebus Biblio-
cic & rectissimis plurimorum Scripturæ lo-
corum versionibus, institutas consultationes:
ut fuisti jam à plurimis annis sollicitus in-
dagator veri Scripturæ sensus. Tantum abest
itaque, SERENISSIME PRINCEPS,
senectutem Tuam à labore incommodi
quidquam capere, ut illa potius hinc vege-
ta sustentetur, cæteroquin facile obtorpe-
scens. Neque cura hæc Biblica gravis est
aut molesta, sed pristinâ suavissimâ voluptate
perfundit animum: imò quia nunc demum
optato dudum bono (unice enim multos an-
nos desiderasti versionem novam vernacu-
lam) indies frueris, tanto impensior est Tua

S delecta-

delectatio. Næ illi qui otium suadent int̄
senectutis commodum, Tuæ vitæ &
Tuarum consuetudinum, PRINCEPS, per-
quam sunt imperiti. Peccant quoque illi
in pietatem Tuam & sacrarum rerum stu-
dium, qui hæc edendæ versioni quas im-
pendis curas, aut insolitas aut ingratas esse
suspicantur. Ita enim quidem vulgo vivitur,
in magnorum præcipue Regum ac Principum
ordine, ut plerique mortalium otium ac vo-
luptates corporis sectentur, aut animum oc-
cupent quidem sed potissimum iis quæ ad ho-
nores potentiam divitias faciunt, eoque agant
quidem multa strenue sed quæ agi non tanti
interest, imo quæ rectius omitterentur. Ig-
tur ab aliis negotium omne, ab aliis saltem il-
lud omne quod abs Te, PRINCEPS OPTI-
ME, agitur alienum, ac proinde triste etiam
illis est ac molestum. Tali alicui nec ego pro-
fecto suaserim, ut senectutem suam Tibi fa-
miliaribus negotiis tribuat. Sola insolentia ista
hæc multum incommodaret ejus valetudini.

Ex

Ex adve
fastigio
tantum
& ment
alendus
tristiu
borum
cultâ I
væ ve
proro
deris
bueris
mus, a
torpo
dente
xatae
OPTI
solutu
Sed n
istac in
mortai

Ex adverso quantum CELSITUDO TUA à fastigio illo studiorum laborumq; descenderit, tantum & pristinarum peribit corporis virium, & mentis vigori detrahetur. Hoc pabulo quasi alendus fuerit animus quamdiu vixeris: hinc tristium curarum solatium, hinc gravium laborum requies petenda erit. Quid? quod occultâ Dei agitatione possit videri curatio hæc novæ versionis in mentem Tibi venisse, in vitæ prorogationem. Dum sane diuturni voti redideris hoc ipso compos, & penè indies novâ imbueris delectatione, perpetuò quasi erigitur animus, atque adeo & corpus exsuscitatur adversus torporem senectutis.

Cæterùm hoc etiam quidam non satis prudenter actum opinantur, quod hac deniq; sera ætate opus tantum suscipi feceris, PRINCEPS OPTIME; quoniam incertum sit num id sis absolutum visurus. Et verò est id ipsum incertum. Sed nec juvenis potuisses certò id polliceri, si istac integra ætate fuisses opus aggressus. Nemo mortalium vitæ suæ terminum novit. Incerta

hic sunt omnia non juveni minus quam seni. Nihil à quoquam debeat inchoari, si imprudens est initium cuius finis ignoratur. Non omnis qui jacit fundamentum domus idem & tectum illi imponit. Vivimus homines in arbitrio magni Domini. Quamdiu vivimus agendum unicuvis venit pro virili quod officium suadet. Utrum perduci ad finem à nobis velit ille quod incepimus nec ne, illius nutui est permittendum. Perinde atque omnia alia Dei arbitrio stant caduntque. Hoc animo, SAPIENTIS-SIME PRINCEPS, opus illud aggressus es. Hoc animo illud hactenus persequeris. Hoc animo perges & imposterum. Si turbare non nihil hoc negotium Deo placuerit, immo si nolit ille absolvit, parebis non refraganter non invite summo rerum omnium gubernatori. Nec dubitas tamen, si humani quid Tibi evenerit, quo aliquantispet tanti operis progressus sufflaminetur, ab heredibus, & successore in primis, non iri neglectum quod tanto studio eaque pietate abs Te Patente est inchoatum.

Nec

Nec enim filios natus es qui nullo sacræ doctrinæ nullo pietatis affectu ducantur , aut qui paternæ gloriæ invideant , cœu Alexander olim Philippo fecit . Sed & ipsi pii sunt non minus quam literati : quive ut in vivi Parentis cultu nemini sunt secundi , imò isthoc exemplo suo omnibus præludent , ita indubie defuncti optimi Patris sapienter cœpta pari studio , saltim in æternam ejus commendationem , prosequentur . Tu interim , PRINCEPS THEOFIALESTATE , quādiu visum Altissimo fuerit , perges prout cepisti . Non licuit Moysi promissam illam & tamdiu desideratam terram pedibus ingredi : eminustantum ostensa est oculis post tot labores . Rem Deo tamen gratissimam præstitit Moyses , illo populi ex Ægypto usque molestissimo & laboriosissimo ductu . Et quamvis negata esset Davidi templi constructio , non tamen ille non omnia pene in structuram illam necessaria collegit , idque Deo favente .

At vero hujus quoque voti Tui , PRINCEPS OPTIME , compotem Te futurum , ut

S 3

nempe

nempe ipse met perfectum tandem videas quod serò cepisti, hoc adeo Natalitium tempus ferè pollicetur. Idem sane quod proximo anno corporis robur adest. Eadem memorie & judicii est promptitudo. Eadem agendi & expediendi omnia superat assiduitas. Laborum qualis semper amor ac studium. Doctrinæ sacræ compar ut ante reverentia. Quin ne hoc quidem solemni die omittes temere, si quid circa versionis illius editionem urgendam venerit. Hæc sane nos optime sperare jubent. Accedunt autem tot necessitudinum Tuarum, tot præstantium & omni virtutis laude excellentium ministrorum, tot universi populi subditi, tot exterorum virtutis ac sapientiæ nomine insignium, tot bonorum qui Te novere omnium, pro longiore incolumitate Tua preces ad Deum & hodie & antehac fusæ. Quas non irritas redditum iri, mihi sane persuasum est. Etenim ut ad potissimum Epistolæ hujus meæ argumentū revertar, PRINCEPS SERENISSIME, pium esse institutum Tuum, aduersum improbos susurros & malignas

signas su
ldeoque
nerari n
rima alia
atque in
OPTI
OMN
Deum
Helm
010

AD DVCEM AVGUSTVM.

143

lignas suspiciones (nisi fallor) laculente ostendi.
Ideoque Deum ego & hodie veneror & ve-
nerari non desinam, uticum in commoda plu-
rima alia tum in pii operis perfectionem, sospes
atque incolumis supersis. **VIVE PRINCEPS**
OPTIME. VALE. & ceu haec tenus REM
OMNEM BENE GERERE. Ita opto: ita
Deum precor

Helmestadii x. April.

150 150 LXVI.

Sereniss. Celsitudini T.

*ad fideliſſima cōſilia
ſe obsequia*

atatem de votiſſimus

H. CONRINGIUS.